





Publ. 20. Num. 3.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

De  
**FORO COM-**  
**PETENTE, TAM**  
COMMVNI QVAM  
PRIVILEGIATO.

QVAM  
DEO OPT. MAX. CLEMENTER  
ANNVENTE,  
EX DECRETO ET AVTORITATE,  
AMPLISSIMI IVRISCONSULTORVM  
ORDINIS IN ILLVSTRI  
IVLIA.

SVB PRAESIDIO

*Amplissimi & Consultissimi Viri,*

**DN. IOHANNIS LOTICHII**  
ICTI, Pandectarum Professoris Ordinarii,  
& Facultatis Iuridicæ p.t. Decani, Dn. Prae-  
ceptoris ac promotoris sui  
honorandi,

PRO SVMMIS IN VTRQVE IURE PRIVI-  
LEGIIS ET HONORIBVS DOCTORALLI-  
BVS CONSEQUENDIS.

*Publicè examinandam proponit*

**JOHANNES Mehlbaum Hannoveranus.**

IN NOVO IVLEO

Ad diem 10. Novembr.


Horis ante & Pomeridianis.

HELMESTADI,

Typis HENNINGI MULLERI, Acad. Typ.

ANNO CIC 100 XL.







## Thesis I.

**D**E Foro Competente quæ institutur dissertatio ad quatuor summa capita referri commodè potest. Primo ut vocis Etymologia notetur, & quid Forum significet; Deinde quid sit Forum Competens, & quorum respectu ita dicatur: Præterea quotplex illud sit: & tandem quot sint causæ quæ illud constituant.

### II.

FORVM à FERENDO dicitur, quod res tam controversæ quam venales in illud ferantur *Varr. lib. 4. de Lat. ling.* Dicitur etiam Forum, quamvis minus frequenter, minusq; ut nonnulli putant, latine *VVesib.* ad tit. *C. de Idft.* n. 78. Unde *Parlador. 2. rer. quotid. p. 2. §. 3. fol. 415. n. 29.* arbitratur, vocem hanc in masc. gen. bonis Autoribus non sumi pro loco judicij, adducens, locum ex *Virg. s. Aen.* & *Cic. de senect.* ubi Fori denotant tabulata navium, *Hilig. ad Don. p. 2. lib. 17. cap. 9. A.*

### III.

Duplex autem Fori significatio colligi ex ante adductâ ejus etymologia potest. Una vulgaris, qua denotat locum in quo res venales seu merces exponuntur; vocatur alias Forum venale seu negotiatorum *Corasf. ad l. 1. de O. 1.* quod pertinet l. 7. §. 2. deposit. & l. ult. ff. decurat. bon. dand. ubi foro cedere dicuntur Mensularij, qui negotiationes & tabernas in foro positas deserunt. Altera specialis & iuridica,

quā sumitur pro loco , in quo litigantibus jus redditur , diciturque Iudiciale: Hinc jus Fori, præscriptio fori, id est, exceptio fori declinatoria, l. 7. pr. qui sat i. d. cog. l. ult. C. de except. item, foro interdicere , i. e. postulationem & procuraturam prohibere l. 9. §. 4. de pœn. & similes locutiones.

IV.

Forum itaque Iudicarium, (de quo h̄c nobis sermo est) nihil aliud est, quām locus litibus exercendis, iisdemque componendis destinatus, vocaturque in jure nostro modō Tribunal, modō Curia, modō Auditorium &c. l. pen. de Inst. & Iur. l. 1. de indic. l. 14. C. cod. l. 35. de procur. l. 40. de reb. cred. l. 54. §. 1. de re ind. Dico, Litibus exercendis; quæ enim sunt voluntariae Iurisdictionis, ut manumissio, adoption & emancipatio, ad certum locum adstricta non sunt, sed ubi vis locorum exerceri possunt §. 2. Inst. de libertin. Vult. ad l. 1. C. de iurisd.

V.

FORVM COMPETENS est locus, ubi actor reum convenire potest, ita ut reus exceptione declinatoria uti nequeat. Dicitur verò competens tam ratione Iudicis, quām ipsorum litigantium, & præsertim Rei, diverso tamen respectu: ratione Iudicis quidem activè, quatenus is jurisdictionem exercet & litigantibus jus dicit: ratione verò Rei passivè quatenus is ibidem conveniri potest. Hoc FORVM COMPETENS; illud COMPETENTIA IUDICIS seu IURISDICTIONE appellari solet. Et esse h̄c maximè distincta satis docet inscriptio tit. 13. lib. 3. Cod. qui est, DE IURISDICTIONE OMNIVM IUDICVM , &, FORO COMPETENTE. quamvis de Iudicis competentia seu Iurisdictione ibi parūm, pleniū verò & ex professo de cā in ff. lib. 1. & 2. agatur.

VI.

Competentia Iudicis estimatur ex jurisdictione , ei concessâ ; quæ tribus limitibus circumscrribitur , intra quos si se contineat, nec eos evagetur, Competens , fin-

mi-

minus, Incompetens Iudex dici solet. LIMITES autem illi sunt: LOCUS, PERSONA, ET CAUSSA. Neq; enim omni in loco Iudex jurisdictionem suam exercere; neq; in loco maximè suo de omnibus caussis; neq; in loco suo, caussis que ad jurisdictionem suam alias pertinentibus quasvis inter personas jus dicere potest. Solus tamen locus aut persona aut causa non sufficit, sed tria illa simul requiriuntur ad fundandam judicis alicujus jurisdictionem. Vnum enim eorum si desit, impune judici, tanquam incompetenti non paretur arg. l. 11. ff. de iurisd.

### VII.

Et hi quidem limites in magistratu, qui subordinatum & inferiorem judicem non habet, sufficiunt. Quod si vero eidem adhuc alius subsit, addendus erit tertius, Ordo scilicet, qui citato invito subverti nequit. Quoties enim inferior magistratus adeundus restat, toties superior competens dici nondum potest, nisi reus exceptione fori non uicens in eum acite aut expressè consentiat, ejusque jurisdictionem anteverti patiatur, Vult. ad l. 1. C. de Id. omn. n. 15. Id quod fieri non intelligitur tum, quando actio & libellus edi postulantur l. 33. ff. de iudic. (propterea enim illa editio postulatur, ut sciat reus, sine contendendum nec ne, & an etiam ratione causæ propositæ judex competens sit) sed tum demum consentire videtur reus in judicem non suum, quando exceptiones & defensiones proponit, omissa fori præscriptione, arg. l. 52. pr. de iudic. Vult. d. l. n. 15. Verum sicut hoc, quod respectu Iudicis Forum Competens dicitur, à nostro instituto est alienum, ita quoque verbo tantum id attigisse sufficiat.

### IX.

Forum respectu litigantium quod Competens dici solet, ex persona Rei estimatur, ita ut Actor forum Rei sequi cogatur l. 2. C. de Id. omn. ind. l. fin. C. ubi in rem ast. Quæ tamen regula suas admittit exceptiones, veluti in

personis miserabilibus quæ agentes reum ad suum forum  
trahere possunt t.t. C qui Imperat. int. pupill. vid. item in Ec-  
clesia, quæ sacrilegos laicos coram judice Ecclesiastico  
convenire potest c. cum sit generale, & X. de for. comp. & aliis  
casibus, uti apud Bart. Felin. & Sichard. ad l. 2. C. de Idit.  
videre est. Cumque interdum dubium sit, quis actor, qui si-  
ve reus, præsertim in quæstionibus status & judiciis du-  
plicibus, distinctione res erit expedienda, ita ut is, qui ex  
serviture in libertatem proclamat, actoris vices sustineat,  
& forum Domini sequatur: Is contra, qui in possessione  
est libertatis, & quem Dominus in servitutem revocat, rei  
loco sit, ejusque forum Dominus sequatur, nisi dolo malo  
libertatem assicrat, tum enim pro actore habetur ad eum  
effectum, ut libertatem probare cogatur. l.7. § fin. ff. de liber.  
cauß. l. 2. 3. & 4. C. ubi cauß. stat. l. eam qua 21. C. de liber. cauß. In  
Duplicibus Iudiciis etiū uterque & actor sit & reus, quia  
singuli partē petunt, & pars à singulis petitur, l. inter 44. §.  
qui famili. 4. ff. fam. ercise. quoad hanc tamen materiam is erit  
actor, qui primus provocat; quod si nec de eo constet, for-  
te lis erit dirimenda l. 2. §. 1. ff. comm. divid. l. 13. & 14. de indic.  
& hoc est quod in l. 29. ff. eod. dicitur: qui appellat, prior  
agit.

#### I X.

Forum Reus habet vel COMMUNE, VEL SINGULARE  
ET PRIVILEGIATVM. Illud sortitur quatuor modis: vel  
(1) RATIONE DOMICILII; vel (2) OBLIGATIONIS CON-  
TRACTAE; vel (3) REI SITAE, de quâ agitur; vel denique  
(4) EX CONTINENTIA CAVSSA.

#### X.

DOMICILII appellatio juris est non facti, unde ICTUS  
in l. 17. ff. ad minic. sola, inquit, domus possessio, quæ in a-  
liena civitate est, domicilium non facit. Neq; enim suf-  
ficit ad forum domicilii fundandum dominum alicubi habe-  
re, nisi quis eorumdem etiam jurium cum reliquis eius loci  
civibus particeps & aliis rebus ad rem familiarem per-  
tinentibus instructus sit, de quibus in seqq.

#### XI. Do-

XI.

Domicilium hoc olim duplex erat; COMMVN ET  
PRIVATVM. COMMVN dicebatur Roma l. 33. ad munici-  
pium. Nep. in vit. Pomp. Att. pr. eò quod omnes imperio Ro-  
mano subjecti, civitateq; Rom. ab imperatore Antonino  
postea donati, l. 17. de stat. hom. Romæ, si ibi invenientur,  
conveniri poterant Don. 17. comm. 13. iis exceptis, qui do-  
mum revocandi jus habebant, ut Legati, & illi, qui ex ne-  
cessaria aut probabili causa Romam venerant l. 2 §. 3. de  
indic. ibi qd. Costal. modò Legati non in ipsa legatione Romæ  
aut alibi, id est, extra civitatem aut provinciam suam, reli-  
qui vero tantum Romæ omnino non contraxissent l. 2 §. 3.  
4. T. 5. l. 25. de indic. aut etiam delinquissent, l. 20. l. 24. l. 42. ff.  
cod. d. l. 2. §. 4. & 5.

XII.

Interdum tamen Legati utut Romæ legatione in tem-  
pore contraxerint, ibidem conveniri propterea non po-  
terant, veluti si Romæ hereditatem adiissent l. 26. ff. de indic.  
quo casu tamen satisfidare cogebantur, aut pati missione in  
in possessionem rerum hereditariarum d. l. 26. Sic quamvis  
quisque ubi agit, ibidem quoq; defendere se cogatur l. 22.  
cod. Legati tamen, si suam suorumvè injuriam persequan-  
tur, quam ex. gr. Romæ sunt perpetrati, non cogantur se de-  
fendere si ibidem reconveniantur; ne aut impunè contu-  
meliis & damnis afficiantur, aut in potestate cuiusvis sit,  
pulsando eos subjicere jurisdictioni alterius dum se vin-  
dicant l. 2. §. 5. vers. sed eti agant, de indic. uti neque ex con-  
stituto quod in legatione constituit, Legatus, Iudicium  
in loco constituti suscipere tenetur l. 8. cod. quoniam in  
Constituto id agi censetur, ut posterior obligatio ejus-  
dem sit conditionis cum priore l. 33. pr. de donat secus, si  
ipsa principalis obligatio in legatione incepit l. 5. §. 1 de  
conf. pec.

XIII.

Quod si dubitetur, utrum causa ejusmodi sit, ut ex  
ea domum revocare Legati queant, judex de ea cognosce-  
re de-

re debet; & si constiterit eam subesse, cavere oportet Legatos non quidem fidejussoribus sed nudâ tantum promissione, judicio secessaturos in sua provincia, die à Prætore dicto d.l.2. §.6. de iudic. In actionibus verò temporalibus, si periculum sit, ne dies exeat, litem contestari Roma co-guntur l.28. §.4. eod. ut litis contestatione actio perpetuetur, nec illorum privilegium aliis sit damnosum. Et hoc est quod in d.l.2. §.7. de iudic. dicitur: In omnibus, in quibus protelatur admonitio (i. e. differtur libellus seu actio) hoc procedere sine temporali damno creditorum oportet.

#### XIV.

His ergò exceptis reliqui Romæ, si ibi invenirentur conveniri olim poterant; idque in statu reip. tum temporis pure ferè monarchico factu fuit facillimum. Verum ex quo alia cœpit esse facies imperii, ob summa jura Principum in usu esse desit supra dicta fori observantia ac necessitas; adeò ut hodie processus in Camera Imperiali, inferiore judice præterito, impetrati, sint ipso jure nulli. Ord. Cam. part. 2. tit. 1. v. Es sol ahd. Errant ergò qui etiamnum hodie in curia & aulâ Imperiali id obtinere arbitrantur, ut conveniri possit, qui ibi inveniatur, nisi dominum revocationis jure ex ante dictis causis uti possit. *Marth. Steph. de Idict. lib. 1. c. 28. n. 21. Grav. 1. concl. 40. pr. n. 1. Vult. ad l. 1. C. de Idict. omn. iud. n. 103.*

#### XV.

PRIVATVM DOMICILIVM vulgo duplex constituitur: NATURALE seu ORIGINIS; & ACCIDENTALE, seu HABITATIONIS l. cum neg. 4. l. cives, 7. C. de incolis. Vbi notandum, vocem Domicilii absolute positam denotare domicilium habitationis, nisi sit, quod svadeat contrarium l. 17. §. 11. ad mun. *Vult. ad l. 2. de Idict. omn. iud. n. 24.*

#### XVI.

NATURALE DOMICILIVM est, quod unicuique facto alterius constituitur & acquiritur. FACTVM autem illud est vel

est vel NATIVITAS, vel ADOPTIO, vel MANVMISSIO, vel  
denique MATRIMONIVM SEV Nuptiae. Ratione NATI-  
VITATIS ibi quisque domicilium habere dicitur ubi natus  
vel oriundus est Rittersh. ad Nov. p. 9. c. 10. n. 16. modò pater  
ibidem natus fuerit l. 6. §. 1. ad munic. utut mater aliunde  
fortassis originem trahat. l. 1. §. 1. & 2. ad munic. ut, si pater  
Campanus sit, filius quoque Campanus habeatur, etiam si  
mater sit Puteolana d.l. §. 2. Nam in illis quidem, quæ ju-  
ris sunt naturalis partus conditionem matris sequitur t. t.  
Inst. de ingen. ast patris jure idem fruitur in civilibus, ut in  
modo fortendi forum, & jure civitatis fruenda. VVesenb.  
parat. de stat. hom. n.s. pr. nisi forte privilegio aliquo etiam  
materna origo censeatur d.l. §. 2. Arist. 3. polit. c. 3. in fin.  
aut partus vulgo sit quæstitus, qui, quem sequatur, patrem  
non habet d.l. §. 2. l. 24. ff. de stat. hom.

### XVII.

ADOPTIO quoque facit, ut filius civitate patris ado-  
ptivi, ejusq; domicilio gandeat d. l. i. pr. ad munic. non a-  
missis interim juribus civitatis patræ aut avitæ l. ordine, 15.  
§ ius originis. 3. l. liberitus 17. § 9. ad munic. Emancipatus verò  
jura illa amittit l. 16. cod. Præterea & in anumissionis  
beneficio libertus domicilium seu originem patroni se-  
quitur l. 6. §. 3. l. 7. ad munic. l. 17. pr. l. 27. pr. eod. id quod in  
filiis quoque libertorum obtinet l. 22. pr. eod. Ratione  
denique matrimonii contracti uxor domicilium &  
originem mariti, non suam ipsius sequitur l. fin. §. 3. ad mu-  
nic. l. nn. C. de mulier. in quo loc. mut. sex. congr. modo uxor sit  
legitima. Quæ enim contra juris regulas & ritum ducta  
est, sicuti propriè uxor non est. §. si adversus, 11. Inst. de nupt.  
ita nec jure mariti gaudere debet l. 37. ad munic.

### XIX.

Et hoc originis domicilium attendebatur tantum in  
muneribus & oneribus personalibus subeundis, non item  
in patrimonialibus & caussis ad jurisdictionem pertinen-  
tibus, seu (quod idem est) in facultate conveniendi l. 1. 23.

B —

C. de

C. de mun. & orig. l. 6. C. de incol. l. 17. §. 4. ad mun. utq; ipsa origo est immutabilis, ita nec hoc domicilium mutari olim poterat, quod minus ejus respectu honores & onera sumere quis cogeretur, etiam si domicilium habitationis alibi forsitan constituerit. l. 1. & 4. C. de mun. & orig. l. 6. pr. ad mun.

### XIX.

Ex generali verò Germanicæ consuetudine hoc non amplius observatur Gail. 2. obs. 36. n. 9. & 10. sed, si quis alibi quam in loco originis domicilium constituat non tantum conveniri in loco originis non potest, sed nec onera personalia ibidem sufferre cogitur Marb. de Affiliat. des. 384. n. 6. Imò quamplurimis in locis omnia civitatis originalis jura hoc modo penitus amittit, adeò, ut ei non liceat postea ad illum locum reverti habitandi causa, nisi aut de novo jura illa sibi comparaverit aut antea reservarit, soluto quotannis in subjectionis recognitionem aliquo census, Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 75. & seqq. In dubio tamen unusquisque, domicilium originis adhuc habere presumitur; unde si ibi conventus mutasse se domicilium dicat, probare illud tenetur. Vnaquaq; enim res in eodem statu, in quo antea fuit, etiamnum esse presumitur l. ab ea parte. 5. de probat. l. cum qui 22. de probat. l. in finalib. 11. fin. reg. Zang. d. l. n. 9. & 10. Alciat. presunt. 25. pr.

### XX.

ACCIDENTALE, seu HABITATIONIS DOMICILIUM duplex est: NECESSARIUM & VOLUNTARIUM. ILLUD habere dicuntur Relegati, qui in loco, in quem relegantur necessarium interim domicilium habent l. 22. §. 3. ad municip. Id quod quomodo secundum gloss. in l. 27. in fin. eod. verb. unde accetur, de relegatione tantum perpetua, aut eā saltem, quæ ad decennium est facta ad concil. d. l. 27. intelligendum sit, non apparet. Sane in iis causis, quæ Procuratorem admittunt: relegati domicilium loci ex quo relegati sunt, non amittunt arg. l. Papinianus. 20. de minor. & ita intelligenda est. d. l. 27. in fin. ad municip.

21. Vo-

### XXI.

VOLUNTARIUM DOMICILIUM est, quod quis sponte & facto proprio sibi constituit, eo animo, ut perpetuo ibi maneat, nisi quid avocet *I. cives 7. C. de incol. Donel. 17. comm. 12. Matth. Steph. de Idiſt. lib. 1. c. 28. n. 10. 11. & 12.* Vnde duo simul requiruntur ad constitendum domicilium; Habitatio & animus confitendi. Ut enim sine habitatione domicilium non constituitur; ita sola domus possessio non sufficit ad forum domicilij argendum, nisi animus perpetuo ibi confitendi accedat. *I. libertus. 17. §. sola domus 13. ff. ad munic. Gædd. adl. 203. de V. S. Vultr. add. 1. 2. C. de Idiſt.* Nihil autem refert, propria sit domus an aliena, conducta an precaria quæ inhabitatur *Gædd. d. l. Hillig. ad Donell. 17. comm. 12. lit. C.*

### XXII.

Hinc qui studiorum causa in Academias vivunt, quia animum perpetuo ibi manendi non habent, domicilium quoque ibidem habere non creduntur, quamvis eo in loco sint nati *Rebuff. de privil. schol. privil. 122.* nisi decem annis transactis fixam ibi sedem constituerint *I. nec ipsi, 2. C. de incol.* Quod tamen non ita est intelligendum, quasi solus decennii lapsus sufficiat, (ut nonnulli arbitrantur) sed requiritur præterea factum, ex quo animus constituti domicilii colligi possit. Et hoc adeò verum est, ut in nonnullis Academias studiosi, licet integrum vicennium vel tricennum, & ulterius ibi vixerint, uxorem duxerint, propriumque focum & ignem habuerint, forum tamen domicilii contraxisse non dicantur, ita ut coram magistratu opidano conveniri possint, nisi ex genere vita contrarium collegi queat, Sortiuntur autem forum coram Magistratu Academico, *qua de re infra.*

### XXIII.

Factum porro quod animum constituti domicilii ar-  
guat, Romanis erat positio Larium seu Sacrorum dome-  
sticorum *I. 2. C. ubi Senator. vel clariss. ut unusquisq; eo loci,*  
ubi Deos domesticos coluit & sacra privata celebravit, do-

micilium sibi constituisse creditus fuerit. l. 7. C. de incol.  
Zang. de exc. p. 2. c. 1. n. 22. 23. 24. Ex quibus apparet, aliud Ro-  
manis fuisse, Fovere Larem, ab eo quod Germanis dici-  
tur: proprium habere focum ac ignem, Eignen Rauch vnd  
Hewer halten. Nam & illi focum ac ignem alere posunt, qui  
ad tempus tantum alicubi morantur, qui tamen propterea  
domicilium ibi constituisse minus recte dicuntur, l. 7. §. 13.  
ad munie. Zanger. d. l. n. 15.

#### X XIV.

Nec minor ferè conjectura adarguendum domicili-  
um sumebatur ex situ maximæ partis honorum l. 2. C. ubi Se-  
nator. vel Clariß. modò aliis rebus ad rem fam. necessariis  
ibidem instructus esset, puta si familiam aleret Zang. d. l. n.  
25. & 26. Idem observabatur si quis alicubi assidue i.e. fre-  
quenter versaretur: ac foro, balneis, spectaculis aliiq; ju-  
ribus cum loci illius civibus frueretur d. l. 2. C. ubi Senator.  
l. 27. §. 1. ad municip. Vnde Mercatores iis in locis, in quibus  
mercaturæ gratia frequenter versabantur, conveniri po-  
tuisse satis arguit. l. 5. ad municip. l. 19. §. 1. de indic.

#### X XV.

Et quoniam (licet raro ac difficulter) fieri poterat,  
ut quis rebus jam enumeratis, ex quibus conjectura con-  
stituti domicilii sumebatur, duobus in locis æqualiter in-  
structus esset, neq; uno quam alio in loco minus frequen-  
ter versaretur, duobus quoq; in locis domicilium eundem  
habuisse Paullo, Vlpiano & Iuliano placuit, licet Labeo  
dissentierit l. 5. l. 6. §. 2. l. 27. §. 2. ad municip. gloss. in l. fin. C. de  
præscript. long. temp. verb. inter absentes. quo casu elecio datur  
actori, quod velint sequi domicilium arg. l. 4. de eo quod cert.  
Hilig. ad Don. 17. comm. 12. lit. G.

#### XXVI.

Sed hæc conjectura ac præsumptiones ut sunt juris tan-  
tum, & non simul etiam de jure, ita aliis contrariis ac for-  
tioribus destruuntur Bart. in l. sive possidetis, 16. C. de probat.  
Coler. de process. exec. p. 2. c. 1. n. 40. Ita Senatores, qui liberum  
comeatum, id est, ubi velint morandi arbitrium impera-  
runt,

sunt, et si diu alieubi morentur, non tamen domicilima ibi  
constituisse, sed pristinam potius eo in loco ubi Senatores  
sunt, retinuisse praeiumentur. 1.22. § pen. ad municip.

X X V I I.

Vix tamen hodie conjecturæ jam recensitæ locum  
amplius habent, ut pote cum ex generali Germania con-  
fuetudine in civitatibus passim receptum, & in aliquibus  
statuto publico cautum esse videamus, ut nemo ultra an-  
num in iis morari possit, nisi jus civitatis sibi comparave-  
rit. Idq; his exactiōnū temporibus obseruatū vel maxi-  
mè opus esse, ne quis oneribus publicis frauduenter se  
eximat, dicit Gail. 2. Obs. 35. n. 8. Exinde ergo quod quis jus  
civitatis das Bürgerrecht acquisivit ibique habitat, firmis-  
sum constituti domicilii argumentum sumi hodie po-  
test. Zang. d. p. 2. c. 1. n. 54.

X X I X.

Quod si quis jura quidem civitatis sibi compararit,  
neq; tamen ibidem habitet, si in fraudem prioris magi-  
stratus id factum sit, non tantum ibi non conveniri, sed  
nec frui quidem ejus loci jure potest. Et hoc qui faciunt,  
Pfälzburgeri (Alemanni) appellari solent, id est falsi ci-  
vies, qui in aliam civitatem adscribi se procurant, nec ta-  
men familiam eò transportant, sed in loco priori nihil  
minus permanent, tantum ut adversus magistratum prio-  
rem se defendere & ad novum provocare possint, si quan-  
do cum prioribus controversia illis esse incipiat. Speidel.  
Notab. verb. Pfälzburger Arnum. ad Aur. Bull. discurs. 6. tb. 11.  
Quæ fraus ne iis patrocinetur, constitutum est, ut novarum  
civitatum, in quas se ascribi curârunt, juribus non gauden-  
t, sed prioribus Dominis tam ratione personæ quam  
bonorum subjecti nihilominus maneant, pena centum  
Marcharum aurii in fugientium horum receptatores ac  
detentatores constituta. Aur. Bull. tit. 16. de Pfälzburgeris.

X X I X.

Et quemadmodum uxor ratione contracti matrimo-  
niij ejusdem cum marito domicilii naturalis est particeps.

*l. nn. C. de mulier. quo loc. muner. sex. congr. supr. th. 17. ita ejusdem  
domicilium & quoad conveniendi facultatem sequitur.  
idemque vidua retinet l. ult. C. de incol. l. per. ff. de Idic. l. i. §. 2.  
de agnosc. & al. lib. l. 5. de rit. nupt. Si vero ad secunda vota  
transeat, secundi quoq; mariti domicilium nanciscitur.  
d. l. fin. C. de incol. l. 13. C. de dignit. Et, si maritus plura habeat  
domicilia, eadem etiam uxor habet ac vidua retinet d. l.  
fin. nisi forte vidua unum ex pluribus eligat, eodemq; cum  
familia secedat, veluti quando se confert in locum ubi si-  
tum est dotalium das Eibgeding, quo casu eo tantum loci  
domicilium habere intelligitur Zang. d. p. 2. c. 1. n. 98. & 99.*

#### K XX.

*Maritum contrà uxoris domicilium sequi autumant  
Bl. in l. fin. C. si non comp. iud. & Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 65.  
quando sc. uxor maritum ad suum trahit domicilium, wenn  
der Mann um Weibe einstreytet. Verùm, ut videtur, minùs re-  
ctè. Quod enim maritus post contraëtum matrimonium  
eodem utatur domicilio, quo ante uxor, id non tam sit  
propterea quod in uxorem eam duxerit, quam qnod ani-  
mum perpetuo ibi manendi habeat. Itaque & hoc domi-  
ciliū ex sua ipsis personā & suo facto maritus habere  
intelligitur.*

#### X X XI.

*Vultejus ad l. 2. C. de Idic. n. 15 duo adhuc addit domicilia:  
unum Bonorū, & alterū Beneficii Ecclesiastici,  
in quo beneficium habens residet. Quæ duo tamen, ut  
ipse n. 16. non diffitetur; ad domicilium accidentale seu  
habitationis commodè referri possunt. Et bonorum qui-  
dem domicilium aut ita consideratur, quatenus ex situ  
maxima partis bonorum habitatio constituta præsumi-  
tur; aut quatenus in loco rei sita actio nonnunquam insi-  
tui & reus conveniri possit. Priori modo pertinet ad do-  
micilium habitationis de quo supr. th. 25. Posteriori vero ad  
forum domicilii planè non spectat, sed refertur ad genus  
fortiendi forum diversum, ad illud sc. quo docetur quo-  
modo in actionibus realibus reus in loco rei sitæ, etiamsi  
ibi*

*ibi* domicilium non habeat, conveniri possit, de quo *infra*.  
§. 66. Domicilium autem beneficii Ecclesiastici, quod  
Clerici habere dicuntur, a domicilio habitationis nihil ali-  
enii habet, nisi quod non sit ex jure communi, ut hoc no-  
strum, sed ex jure speciali & privilegiato de quo *infra*.

XXXII.

Qui verò certum habitationis domicilium non ha-  
bet, ubi locorum, ubi reperitur, conveniri potest, cu-  
jusmodi est vagabundus, qui domicilio relicto navigans  
aut iter faciens querit, quod se conferat atq; ubi confistat  
*l. eius qui 27. §. 2. ad mun.* Quod si actor ignoret ubi sit, aut  
illum persequi integrum ei non sit, in loco ubi versari  
consevir, aut judicio omnium supremo, v. g. in Camera  
Imperiali per edictum aut proclama citari debet juxta ea  
qua tradit *Gall. i. obj. i. n. 33. & obs. 57. n. 4. Marant. p. 6. tit. de*  
*citat. n. 82. & 83.* Aut si bona alibi habeat, ibi citatio  
affigi & a magistratu ejus loci curator bonorum qui de-  
fensionem ejus suscipiat, dari debet *Zang. de exc. p. 2. c. 1. n.*  
*102. Felin. in cap. fin. X. de for. compet.*

XXXIII.

Præterea Forum Domicilii generale est, & cum  
omnibus alijs forum sortiendi modis concurrit ( eò foro  
excepto quod reus ex continentia causæ sortitur ) com-  
munèq; est omnibus actionibus instituendis *l. 19. §. fin. ff. de*  
*judic. l. 3. C. ubi in rem act. ita ut in potestate actoris sit reum*  
in loco contractus actione personali, vel in loco rei sitæ  
actione reali, vel alterutra in loco domicilii convenire.  
*Celer. de proc. exec. p. 2. c. 1. n. 25. Diff. Dvn. 17. comm. 17. de cuius*  
*arg. infra.* Vno tamen foro electo non licet resilire ad aliud  
*arg. l. 7. de indic. l. 30. cod.* Id namq; operatur præventio,  
qua solet item de concurrente jurisdictione dirimere, ut  
in arbitrio actoris amplius non sit, quo velit loco reum  
convenire, etiam si id ei antea maximè licuerit *Rittersh.*  
*Nov. p. 9. c. 10. n. 63.*

XXXIV.

Atque hinc etiam dependet decisio questionis hue  
alias

alias impertinentis: An videlicet Imperator caussas litigiosas in Camera pendentives avocare & ad aulam suam trahere possit? Sola nimurum præventio in caussa est, quæ minus id fieri queat, quod probatur tum per text. express. 2. Ord. Cam. tit. 35. ibi: Das dem Kaiserl. Cammergericht vñverhindert einiger restitution, supplication, avocation oder anderer suspension vnd ausschläg sein freyer starker vñverhinderter Lauff gelassen/ vnd dawider nicht gegeben werde. tum unanimi Dd. & ipsorum etiam Cameralium sententiæ Gail. 1. obs. 41. n. 3. 4. 5. Grev. lib. 1. concl. 41. n. 2. Beßold, thes. pract. voc. Absföderung Speidel. Notabil. ibid. Vult ad l. 1. C. de Idiſt. omn. iud. n. 174. Reitak. de Regim. sec. & Ecc'. lib. 2. cl. 2. c. 14. n. 15. & seqq. Schrad. de feud. part. 10. sect. 1. n. 185. Matth. Steph. de Idiſt. l. 2. p. 1. c. 3. pr. n. 30. Accedunt præjudicia (licet non desint contraria) quæ hoc ita observatum satis edocent, quorum unum refert Steph. d. l. n. 31. aliud Bart. prælud. Cam. tom. 1. fol. 437. Egregium verò est illud, quod adducit Schleidan. de stat. relig. lib. 25. ferè in medio, de Alberto Marchione Brandenburgico, qui, cum à judicibus Cameræ imp. solemniter proscriptus Imperatorem Carolum V. implorasset de abolenda proscriptionis sententia, tale responsum tulit: non licere si bi (Imperatori) juris administrationem impedire.

### XXXV.

Dissentit ab hac in jure & usu fundata opinione Matth. Ber. Ich. p. 1. concl. 6. pr. & p. 1. decisi. 158. per tot. qui Imperatorem caussas litigiosas in Camera pendentives vel ad instantiam parris vel sua sponte avocare posse putat, adducens cap. ut nostrum 56. X. de appellat. & l. 58. de iudic. Sed male ex jure civili, & peius ex jure Canon. hujus questionis decisio petitur, utpote cum hoc ex Recessibus Imperii & legibus imperii fundamentalibus sit decidendum, in quas quia Imperator per modum contractus consensit, ideo ad eorum observantiam omnino tenetur Gail. d. 1. obs. 41. Zang. d. exc. p. 2. c. 1. n. 419. in fin. Reasn. lib. 4. decisi. 21. n. 34.

### XXXVI.

Et autem Iurisdictio præventa esse dicatur, & litis penden-

pendentis exceptio opponi possit, nonnulli litis contestationem præcisè requirunt; tum quod ante eam lis propriè non sit *l. 25. §. 7. de petit. hered.* tum quod Constantinus in *l. 4. C. de Idiſt. omn. iud.* forum post litis contestationem declinari non posse dicat. Verum contraria sententia ( solā sc. sufficere citationem ) ut communiter recepta, teste *Gail. l. obs. 11. n. 1. Scacc. de iudic. l. 1. c. 12. n. 58.* ita & rationibus juris magis est conveniens per *text. in l. 7. ff. de indic. Clem. cum lite, 2. ut lit. pend. nihil innov.* *Gothofr. ad l. 9. de V. obl.* Neq; quidquam pro dissentientibus faciunt textus supr. adducti: præterquam enim quod *in d.l. 27.* vox Litis nimis angustè accipitur, non facile quoq; admitti solet argumēratio à contrario sensu præsertim in legibus Cod. Non sufficit verò emanasse citationem, sed præterea requiritur, ad reum eandem pervenisse, aut verò per eum stetisse quò minus perveniret; deinde ut citationi causa sit inserta ob quam reus conveniatur *d. Clem. ult. ut lit. pend. ibiq. gloss. Mysn. 4. Obs. 26.* ubi ex Zabarella sex litis pendentis requiſita adducit.

### XXXVII.

Deniq; Domicilium habitationis prout est accidentale, ita quoq; mutari pro arbitrio potest *l. 31. ad munici.* non quidem nudâ contestatione seu assertione, sed facto & re ipsa *l. 20. ff. ed.* quod fieri intelligitur si quis cum omnibus suis bonis, aut majori eorum parte aliò se conferat animo non revertendi *arg. l. 7. C. de incol.* unde patet, contra juris rationem esse statuta illa, quibus cavetur, ut partus, quoquo modo extra urbem aut pomœria editus, jure civitatis cadat, etiamſi parentes non domicilii mandianimo sed negotiationis forsan aut animi gratia sint expatiati.

### XXXIX.

Mutato itaq; domicilio habitationis, novoq; constituto, in pristino reus conveniri amplius nequit *arg. l. pen. pr. ff. de Idiſt. l. ult. C. de incol. Dissent. Bachov. ad Tr. vot. 1. diff. 3. th. 8. lit. C. D. & Duar. de indic. cap. de foro compex.* qui a-

C

tionem

ctionem ex contractu non tantum in loco domicilii quod jam, tempore movendæ actionis, reus habet, verum etiam quod habuit tempore contractus, proponi posse arbitrantur, ne sc. jus auctori quæsumum factò rei auferatur, idque per l. 2. C de Iudit. omn. iud. Quod quidem de eo casu quando contractus in prioris domicilii loco est celebratus, concedi facile potest, tum enim convenit ibi reus non quod ibi habitavit, sed quod contraxit, de eoque casu loquitur d.l. 2. Secus est si non in ipso domicilii sed alio in loco fuerit contractum Doyell. 17. comm. 12. Vult. ad d.l. 2. in fin.

XXXIX.

Hactenus de primo modo Forum sortiendi,  
**DOMICILIO** sc. Sequitur **SECVNDVS**, qui per  
**OBLIGATIONEM** constituitur.

XL.

Obligatio alia est voluntaria, alia invita. Illa ex contractu vel quasi; hæc ex delicto vel quasi oritur. Cumque vox Contractus tripliciter potissimum in jure sumatur, 1. latissimè pro quovis negotio ex quo obligatio oritur, ita ut tam pacta quam delicta sub se comprehendat l. 20. ff. de iudic. l. 52. dere indic. 2. propriè & magis juridicè pro negotio, quod aut certū habet nomen, id est certā contrahendi formam, aut causam, hoc est, dationem vel factum; aut utrumq; l. 7. §. 1. & 2. ff. de pact. 3. strictissimè pro negotio utrinq; obligatorio l. 19. de V. S. primam significacionem hic retinebimus, ita tamen ut excludamus delicta, seorsim de iis post Contractus acturi.

XLI.

Sicut autem Contractus alius est verus, qui vero, alius quasi, qui præsumto constat consensu, & quando lex aliquem consentire præsumit; ita quoq; litigantes vel verè & expressè forum eligunt & in jurisdictionem alterius judicis consentiunt, vel idem tacitè fecisse à lege præsumuntur. Expressè litigantes forum eligunt, quando convenit inter eos, ut alias index, quam cujus alias jurisdictione

dictio esset, adeatur l. 14. & 15. de Idic. l. i. C. eod. Et hoc sit vel pacto vel Contractu. Pacto; ut quando nuda tantum conventio quæ in aliud nomen non transit, de adeundo judice intervenit arg. l. 7. §. 4. de pact. Contractu, vel nominato, ut Stipulatione, eāq; ferè tantū; cum in alium nominatum contractum obligatio hæc incidere vix possit, nisi quis velit addere literarum obligationem, quæ tamen an peculiarem contractum constituat, dubio non caret per ea quæ tradit Bach ad Treutl. vol. i. disp. 20. th. 2. vel Innominato; ut, Do ut Facias, vel Facio ut Facias, ut si quis aliquid dederit aut fecerit, ut alius iudex adiretur.

#### XLII.

Quocunq; autem modo conventio de adeundo iudice instituatur, neuter litigantium conventioni præcisè stare tenetur, si priusquam iudex adiretur, mutata voluntas fuerit l. 18. ff. de iuris. Si enim per nudum pætum conventionis facta fuerit, quia ex pacto actio non datur l. 7. §. 4. ff. de pact. cogi nemo potest ut compareat: si conventionis in contractum inciderit, neq; sic ut se sistat compelli quisquam potest, sed obligatio, quia est faciendi, resolvitur in obligationem ad interesse arg. l. 13. §. 1. de re indic. Aliud longè est (quod tamen vulgo hic objici solet) si convenerit, ne fori præscriptio ob cingulum forte militiæ, dignitatis aut officii Ecclesiastici opponatur: quo casu nemini adversus pæcta sua venire licet l. pen. C. de pact. ne quidem Clerico l. si quis in conscribendis, si. C. de Episc. & Cler. quamvis contrarium jure Canon. constitutum reperiatur c. si diligenter, 12. X. de for. compet.

#### XLIII.

Tacitè forum elegisse dicuntur litigantes ex præsumptione juris. Ita in loco contractus forum electum esse jus arguit c. ult. X. de for. compet. Locus autem contractus, si de certo solutionis loco convenit, non is dicitur, in quo negotium est gestum, sed in quem dilata est solutio l.

7.2. & 3. ff. dreb. autor. iud. l. 21. de oblig. & act. Et hic locus o-  
lim conveniendi facultatem adeo dabant, ut actori potesta-  
tem alio in loco agendi plane adimeret l. 1. pr. de eo quid cert.  
loc. ut pote cum alibi petens, loco plus petere diceretur,  
causaq; caderet. §. 33. Inst. de act. Sed quia iniquum est,  
creditorēm, præsertim si promissor in loco constituto co-  
piam sui non faciat, suum consequi non posse, utilis actio  
creditori datur d.l. de eo quod cert. quā, tanquam arbitra-  
riā, ratio habetur tam ejus quod actoris, quam quod rei  
interest statutū potius loco quam alio solutionem fieri l.  
2. pr. de eo quod cert.

XLIV.

Instituitur verò actio hæc arbitraria iis in locis, in  
quibus aliás loco non adjecto proponi potuisset; & ita in-  
telligendum est quod in l. 16. §. 1. de pecun. const. ubiq; pe-  
ti posse dicitur, Donec. 17. comm. 19. Neq; enim rationibus  
juris satis convenire videtur sententia Bart. in l. 1. ff. de eo  
quod cert. loc. item Vulcej. ad l. un. C. ubi coro. qui cert. loc. n. 51.  
qui statuant, hanc actionem quoq; in loco, ubi pro-  
missor reperitur, institui posse, propterea, quod (cùm ex  
natura arbitrariæ hujus actionis hic semper habeatur ra-  
tio utilitatis illius loci, ubi aliás ex conventione res dari  
debuissent) nullum exinde incommodum reo inferri vide-  
atur. Est enim hoc contra mentem, & intentionem ipsorum  
contrahentium; qui conveniendi facultatē ad cer-  
tum locum restringentes nunquam id egiisse præsumuntur,  
ut facultatē agendi ad ea etiam loca extenderent, in qui-  
bus aliás nulla foret agendi facultas arg. l. 25. de ll.

XLV.

Quod si duobus aut pluribus in locis soluturum se  
quis promiserit; interest copulativè an disjunctivè id fa-  
ctum fuerit. Priori modo, ut, Capuae & Ephesi, quoniam  
ratione locorum divisa est obligatio, divisim quoq; & am-  
bobus in locis promissum peti debet, ita ut pars una Ca-  
puæ altera Ephesi exigatur l. 3. §. 4. de eo quod cert. Posteriori  
modo, e.g. Ephesi aut Capuae, electio quidem est pro-  
missio-

missoris ubi velit solvere antequam res petatur; si tamen reus seu promissor solutionem non offerat, stipulator alterutro quo velit loco petere non prohibetur; ne si reo tum quoq; ele<sup>t</sup>io detur, in ejus sit arbitrio an debeat cum semper alium locum eligere atq; ita eludere actorem pos<sup>t</sup> sit l.2. §.3. de eo quod cert. loc. arg. l.15 ff. rem rat. hab. quæ ratio quoq; svadet, ut nec ad litis usq; contestationem potestas eligendi danda sit reo, pro ut vult. Zanger. de except. p.2. c.1. n.144.

#### XLVI.

Si verò de loco solutionis nihil convenerit, is erit locus contractus, ubi ipsum negotium, contractus sc., est peractum l.19. §.1. de iudic. l.1. & 2. C. ubi ratioc. idque cùm ex tacita contrahentium conventione, tum ex natura ipsius obligationis, ut idem sit locus solvendæ obligationis, quæ fuit contrahenda arg. l. nihil tam naturale, 35. de R. I. Accedit, quod in loco contractus firmissima rei gestæ documenta haberi possint d.l. ult. C. ubi de ratioc. Ibi verò contractus celebratus esse dicitur, ubi ea gesta sunt qua ipsam contractus essentiam concernunt. Vnde apparet, non posse reum ibi conveniri, ubi vel pactum de contractu vel ejus instrumentum factum est arg. l.38. de Obl. & act. nisi convenierit, ut perfectus contractus non diceretur antequam in scripturam esset redactus arg.pr. Inst. de emt. Zang. d. p.2. c.1. n.110. 111. 112.

#### XLVII.

Et hoc non tantum in veris, sed etiam in quasi Contractibus obtinet, in loco sc. negotii gesti actionem insti-tui posse d.l.19. §.1. de iudic. Sic condic<sup>t</sup>io indebiti, quæ est ex quasi Contractu §.6. Inst. do obl. que quasi ex contr. eo loci, ubi indebitum solutum est intentari potest l. 27. de condic<sup>t</sup>. indeb. ibid. Goth. Eodem modo Turores & Curatores, qui ex quasi contractu ad reddendas rationes obligantur §.2. Inst. de obl. que quasi ex contr. in loco tutelæ vel curæ gestæ conveniri possunt l.1. C. ubi de ratiocin.

#### XLIX.

Hac ratione heres legatorum & fideicommissorum

nomine ibi conveniri potest, ubi hereditatem adiit. Ade-  
undo namq; hereditatem omnes defuncti obligationes in  
se suscipere, & cum legatariis ac fideicommissariis quasi  
contrahere videtur §. heres. Inst. de oblig. quo quasi ex contr.  
Ibiverò adiisse hereditatem heres intelligitur, ubi illa to-  
ta aut maxima ejus pars sita est arg. l. 50. pr. ff. de indic. Vult. ad  
l. un. C. ubi fideic. peti op. n. 33. Cumq; hodie pro legatis & fidei-  
commissis petendis tres actiones competant: actio perso-  
nalis extestamento, de qua jam dictum; Rei vindicatio &  
actio hypothecaria §. 2. in fin. Inst. de legat. elec̄tio datur  
actori, & ut qua velita actione experiri possit. l. si servus lega-  
tus. 108. §. 2. de leg. l. arg. l. 52. §. 3. de indic. & ut potestatem ha-  
beat eam proponendi vel in loco omnium communis vel in  
cujusque proprio l. 50. & 52. de indic.

XLIX.

Communis autem omnium locus, est locus domicilii:  
proprius, & actionis quidem ex testamento est locus quasi  
contractus, ubi hereditas adita est, id est, ubi hereditas  
aut major ejus pars jacet l. 50. pr. de indic. Rei vindicatio-  
nis locus proprius est is qui rem controversam continet  
d. l. 52. §. 3. de Indic. Actionis hypothecaria locus genuinus  
est, ubi res hereditaria & (si inventarium facere heres ne-  
glexerit) alia ipsius heredis bona sita sunt. Nam olim qui-  
dem ante introductum beneficium inventarii & exinde de-  
pendens jus separationis bonorum, propter corundem  
confusionem omnia etiam propria heridis bona credito-  
ribus & legatariis obligabantur. Hodie verò tum demum  
si inventarium non fecerit l. fin. C. de iur. delib.

L.

Actor quoq; ibi forum elegisse presumitur, ubi reum  
convenit, sic ut idem judex, qui adversus reum est implo-  
ratus, contra ipsum actorem, si noxius inveniatur, senten-  
tiā ferre possit nulla oppositā fori præscriptione,  
quod competens alias respectu actoris judex non sit l. 14.  
C. de sent. & interloc. Idem etiam observatur in reconven-  
tione, ut in ea cundem habet judicem actor quem habet  
reus

reus in ipsâ conventione authent. & consequenter. C. eod. modo causa sit ejusmodi, quæ admittat reconventionem, ea- que ante vel statim post litem contestatam instituatur; ut alternativam agi unaq; tandem sententia totum negotium dirimi possit Sichard. ad d.l.14. & d. auth. in fin.

LII.

Porro quod dictum est; Reum in loco contractus conveniri posse, non ita est intelligendum, (ut nonnulli volunt) quasi à judice suo invitus eō remitti ac trahi posset, c. Romana, l. 5. contrahentes, de for. compet. in 6. l. un. C. ubi conven. quicccr. Quamvis enim in criminalibus causis ita observatum fuerit, ut reus ad locum delicti remitteretur Nov. 134. c. 5. nunquam tamen idem in civilibus obtinuit d. c. Romana. cum, etiamsi reus remittatur in locum contractus, nihilominus is ibidem latitare, nec ut se sistat præcise cogi, aut ob contumaciam carceri includi possit, propterea quod in civilibus judex eō devenire non soleat, sed sufficere ei debeat, posse actorem in bona rei latitantis mittere, atq; eo modo jurisdictionem suam tueri l. 18. & 19. de in ius voc. l. 21. §. 2. vers. ceterum, ex quib. caus. mai. Don. 17. comm. 14. Paurmeijt. de Idic. lib. 2. c. 4. n. 100. & 101. Nec quidquam pro contraria sententia facit l. 1. C. ubi caus. stat. Is enim, qui in libertatem proclamat, quia actor est, meritò etiam Domini sui tanquam rei, & contra quem agere intentit, forum sequi, eoq; remitti, si forsitan alihi agere velit, debet.

LIII.

Quapropter si reus in loco contractus potestatem sui non faciat, nec ab ejus loci judice legitimè citatus compareat, accusatâ ejus contumaciâ Creditor in bonorum possessionem mittitur, donec reus judicio se sistat d. l. 19. §. 1. de indic. Idq; dubio caret, quando reus ibi bona possidet. Si vero non in contractus, sed forsitan domicilii loco bona habeat, judex nihilominus missione in bonorum possessionem decernet, decretamq; ad judicem loci domicilii, ut is eam exequatur, mitter, sub formâ quadam mandati, si sibi

sibi is subsit; sub literis verò (ut vocantur) Requisitoria-  
libus, si sibi non sit subjectus d.c. Romana, i. §. contrahentes, de-  
for. compet. in sexto. l. 45. §. 1. de iudic. l. 15. §. 1. de re iudic. Gaii. l.  
obs. 113. n. 16. Coler. de process. exec. p. 2. c. 1. n. 44. Covar. pract. q.c.  
10. n. 7. Quamvis postremo casu, quo judex bonorum alteri  
subjectus non est, melius interdum actor faciat, si statim ad  
locum domicilii se conferat, quam ut inanibus sumtibus  
se exponat.

### XXXIII.

Et licet studiosi quoq; ob Contractus in Academiis  
celebratos à Rectoribus (si absint) literis publicè affixis  
nonnunquam citentur, ut compareant, & Creditoribus  
satisfaciant; id ipsum tamen non tam fit propterea, quod  
ibi contraxerunt, quam quod initio cum in album studio-  
rum sunt recepti, juramentum præstiterunt, se isthinc  
discedere prius nolle, quam creditoribus suis satisficer-  
tent. Quoniam si alibi & extra Academiam contraxissent,  
ne quidem præsentes ibidem conveniri, sed ad magistra-  
tum suum, Rectorem sc. provocare possent Coler. d. l. n. 51.  
Auth. Habitq. C. ne filius pro patr.

### LIV.

Nec perpetuò tamen verum est: reum in loco con-  
tractus conveniri posse: sed potest is nonnunquam ut fo-  
ri exceptione declinatoria, etiamsi in loco contractus re-  
periatur. Quod contingit, (1) quando expresè conve-  
nit inter litigantes, ne reus eo loci, ubi contractum est,  
defendere se cogatur l. 10. §. 2 de iudic. (2) quando actor  
non expresè quidem sed tacitè juri suo renunciat, veluti  
si contrahat cum mercatore advenā, qui iter facit aut  
præternavigat; hic enim ubi quasi in transitu contraxit,  
conveniri nequit, d. l. 10. §. 2. vers. proinde ff. de iudic. modò ne  
tabernam, armarium officinam aut pergulam ibi con-  
ducat, mercesq; venum exponat, aut aliud quid faciat, unde  
animus aliquamdiu ibi consistendi colligi possit; & deinde  
is qui cum eo contrahit non ignoret, advenam eum esse:  
qua duo conjunctum requirit Vlpianus d. l. 10. §. 2. vers. pro-  
inde.

inde. Etenim quia hæc exceptio ex tacito & præsumito est consensu, (quod ob conditionem personæ juri suo & foro contractus renunciasset actor arguatur) non potest consenserisse præsumi, qui in conditione personæ erravit *Donec. 17. cmm. 14. §. 5. in fin.*

#### LV.

Sanè ex peculiari gratiâ Civitatibus, qui jure Nundinarum solennium gaudent, concessum videtur, ut Mercatores, qui ad eas comeant, quò magis ad obcundas nundinas invitentur, de debito ibi contracto conveniri non possint, etiam si tabernam vel pergulam illic habeant *I. unic. C. de nundin. nisi ipsis nundinis contraxerint; tum enim ibidem conveniri eos posse nec domum revocandi jus habere communiter Dd. statuunt, Sichard. ad d. I. un. Matth. Steph. de Idib. libr. 1. c. 29. n. 52.*

#### LVI.

(3) Maritus quoq; qui soluto matrimonio actione ex stipulatu de dote reddenda perinde tenetur, ac si ab initio stipulatio intervenisset, *§. 29. Inst. de Act. I. un. C. de res ux. act. si in loco contractus, ubi sc. dos constituta, aut instrumentum ejus confectum est, conveniatur, exceptione fori uti potest, I. exigere, 65. ff. de indic. quod tum demum tamen verum est, quando morte solutum est matrimonium; non item quando divortio: quo casu in loco divortij de dote agi potest, etiam si maritus alibi domicilium habeat I. si uxor. 42. de indic. idq; propter odium divortii, ut maritus, qui aut causam ei dedit, aut idem fieri permisit, eo pluribus locis teneretur. Rittersh. Nov. p. 9. c. 10. n. 49. 650.*

#### LVII.

Deniq; (4) qui pecuniām constituit non tenetur in loco constituti se defendere *I. quis. 8. ff. de indic. Quæ lex quamvis de Legato constitutive tantum loquatur, ad quosvis tamen Constituentes ex naturâ constituti commode extendi potest. Neq; enim id in constituto agitur, ut nova obligatio introducatur, sed ut ea, quæ antea fuit, si minor reddatur, & hoc excepto, ejusdem omnino cuius*

D

prio-

priori conditionis censeatur. *I. qui id quod, 33. pr. ff. de donac.*  
LIX.

Atq; h̄c de Foro competente ex Obligationibus voluntariis seu Contractibus. Sequitur jam porro quomodo ex *OBLIGATIONIBVS INVITIS*, id est, Delictis idem obtingere possit. Delicta vel vera sunt vel quasi. Illa in dolo consistunt, h̄c in facto sua natura non illicito sed quod per abusum demum tale redditur. *t.t. Inst. de obl. qua quasi ex del.* Delicta vera rursus vel publica sunt vel privata. Illa proprie criminis, h̄c delicta appellari solent. Ex omnibus vero delictis vel civiliter agitur, quando sc. pena actori, vel criminaliter, quando eadem fisco applicari aut reo infligi petitur, *§. in summa, 11. Inst. de iniur. Vult. ad l.i. C. ubi Senat. vel Clar. n. 10. & seqq.*

LIX.

Ex delictis si civiliter, agatur, idem ratione fori fortiendi observandum est, quod supr. *th. 51. & 52.* in contractibus observandum esse diximus, sc. ut his casibus in delictis remissio locum non habeat. *Zanger. de except. p. 2. c. 1.n. 200. & seqq.* Hoc tamen addendum; reum in loco delicti, si ibi reperiatur, conveniri semper posse, nec distingui (ut in contractibus *th. 54.*) utrum in loco delicti aliquamdiu sit permanens, an vero statim discessurus *Zang. d. I.*

LX.

Si vero ex delictis criminaliter & praesertim ad penam corporalem agatur, reus in locum delicti est remittendus. Et jure quidem Digestorum remissio tantum fuit necessitatis, ut locus commissi delicti sicuti maximè proprius ita unicus ferre fuit in quo reus criminis conveniri posuit. *I. ult. ff. de exal. act. 1.7. §. ult. ff. de accus.* ut ibi extaret exemplum poenæ, ubi exemplum culpæ. adeò, ut nec per continentiam delictorum impediri potuerit. Nam si una eademque persona in una provincia sacrilegium, in alia aliud delictum commisisset, unius provinciae judex non de u-

de utroq; sed unusquisq; de eo tantum, quod in sua provincia perpetratum est, crimen cognoscere posuit dicitur. s. ult. de accusat.

### LXI.

Tenebantur itaq; magistratus reum ad locum perpetrati criminis, requirente ejus loci judice remittere, Nov. 134. c. 5. Artib. si vero criminis C. ad L. Iul. de adult. Et quamvis Constitutionibus Imperatorum hæc remissionis necessitas sublata nonnihil fuerit, ut patet ex l. i. C. ubi de criminis, ubi reus non tantum in loco delicti, sed ubicunque etiam locorum ubi reperitur, conveniri posse dicitur; eandem tamen Imperator Iustinianus de novo rursus introducere voluit Nov. 134. c. 5.

### LXII.

Atq; hæc remissio reorum in locum delicti olim, cum unus magistratus alteri, omnes autem Imperatori absolu- tè ferè subessent, obtineri facile potuit. Verum cum Prin- cipes ac status imperii hodierni nonnulla majestatis jura ipsi habeant, ipsorumq; etiam minorum magistratum ju- risdictio multismodis sit confusa, desit in usu esse remis- sionis uocem. Vnde si quando fiunt, (ub literis (ut vo- cantur) Reversalibus fieri solent, vñter enim offenen re- vers; ne concedentibus sint præjudicio; ut proinde non amplius superioritatis jure sed benevolentia potius ac a- micitia ratione concedantur Steph. de Idist. i. c. 30. n. 17. For- rum igitur in delictis reus hodie fortitur omni in loco, in quo reperitur l. i. C. ubi de criminis, non tantum si ibi domi- ciliū habeat, ut d.l. explicat gloss. verum etiam si domici- liū non habeat. Excipiunt Dd. ab hac regula crimen læ- sa majestatis, cuius cognitionem de reservatis ipsius Im- peratoris esse putant, ut videre est apud Zang. de exc. p. 2. cap. i. n. 121.

### LXIII.

Quis vero sit locus commissi criminis, si illud non in uno sed dñobus forsan territoriis sit perpetratum, ut: si Titius Mævium in unius Principis territorio vulneret,

D 2

cumq;

eumq; ad alterius territorium fugientem insequatur, ibiq; occidat, inter Dd non convenit. Aliis (in quibus est Cy-nus in l.nn. C. ubi de poss.) putantibus, initium delicti es-se inspiciendum, ut locus sit delicti is in quo vulneratus est Mævius arg. l. qui cuns major, 14. S.2. ff. de bon. libert. l. quod ait lex, 23. §. fin. ad L. Ital. de adult. Aliis (in quibus Bart. in libe-lorum, 3. ff. de accusat. n.7.) contrà locum delicti eum esse exi-stimantibus, ubi consummatum est delictum, propterea quod ibi formam accipiat; & hoc etiam verius videtur. Nam quod vulgo dicitur: initium delicti esse inspicien-dum: tum demum verum est, quando initium est licitum, ut reum à pœna liberet d.l. 23. §. fin. ad L. Ital. de adult. Felin. ad cap. fin. X. de for. compet. n.3. & seqq. Proff. Farin. prax. crimin. lib. i. tit. i. quaff. 7. n. 45. Eodem quoq; modo, si lædens in uno, & Iæsus in alio stet territorio, is est locus delicti in quo Iæsus stetit non in quo lædens. Zang. de except. p.2. c.1. n. 23. & seqq. Felin. & Farin. d.l. ubi pluribus hanc rem per-sequentur.

#### LXIV.

Æquè dubium Interpretibus Iuris videtur, quis lo-cus sit delicti eo casu, quando in confinio duorum terri-to-riorum illud quidem est commissum, de loco tamen non con-sat, ubi vel lædens vel Iæsus steterit, homoque occi-sus jaceat partim in unius partim alterius in territorio. Et quamvis multi Dd. eò inclinent, ut illum locum delicti statuant, qui caput continet arg. l. 44. de relig. & sumt. fun. vix tamen hoc subsistere potest: quoniam ratio ex d.l. 44. desumpta locum tantum habet in jure sepultura ad locum religiosum faciendum, ut scilicet, si homo mortuus pluri-mus locis inferatur, non quilibet, sed is tantum locus re-ligiosus fiat, qui caput, tanquam principale corporis mem-brum, continet, qua tamen ad locum delicti arguen-dum nihil confert. Sed quia eo loci, ubi pedes siti sunt, delictum perpetratum esse intelligitur, is quoq; in du-bio locus delicti non incommodè statui posse videtur. Thom. Michael de Iuris d.th. 50. quamvis prius in praxi obser-vari

vari afferat VVebner, in pract. Observat. verb. Glaid / Glaidliche  
Obrigkeit.

LXV.

Cumq; de homicidiis, in confinio præsertim duorum aut plurium territoriorum commissis, quamplurimæ controversiæ oriri soleant; & verò ex cadaveribus occisorum indicia, quæ occisorem arguant, defundi nonnunquā possint, solent cadavera in loco, ubi de homicidio cognoscitur, aliquamdiu aſſervari, donec judici de facto, quoad fieri potest, constet, tandemq; ibi sepeliri, quod minori cum dispendio & temporis & sumtuum id fieri possit. Exinde (si quid loci conjectura relinquitur) consuetudo paulatim dimanasse videtur, ut hodie non tantum occisorum, sed naturali etiam morte extinctorum corpora, ex territorio, in quo mortua sunt, in aliud sepeliendi cauſa sine speciali magistratus permisu transportari prohibeantur, & hoc tam rigidè in his præsertim regionibus observatur, ut, si contra factum fuerit, etiam bene humata cadavera non raro effodiantur, uti hoc satis edocet experientia. Quo verò jure id fiat non satis apparet, cum nihil hic substitutus iurisdictionis, sed actus merē sit privatus, qui quod minus fieri impediatur, expressè interdictum tot. tit. ff. de mort. infer. Et quod nulla lege inveniatur prohibitum, cadavera de loco in locum sepelienda transportare, nullo neq; portagio neq; paſſagio (ut vocant) pro iis soluto, sed id maximè licere etiam sine ullo superioris permisu, latè ducit Illephonſo Peretz, tract. de Anniversariis, lib. i. c. 25. n° 37. & ſeqq. Vnde & Trajanus Imperator, (cum à Plinio II. consulteretur, quid de iis fieri deberet, qui ut suorum reliquias in alium locum transportare ſibi liceret, petiiffent, cum ante id sine permisu Proconsulium fieri minimè potuerit,) Durum eſſe, ait, neceſſitatem inſungere provincialibus Pontificum adiutorum, ſi reliquias ſuorum propter aliquas iuſtas cauſas transferre ex loco in alium locum velint. Plin. lib. 10. epift. 73. & 74. Sancè cadavera sepulturæ ſemel tradita, aliò transportari ſine magistratus consensu non poſſe, ne loca reli-

D. J. giosa.

giosa facilè & pro lubitu multiplicentur, etiam jure civili  
cautum reperitur l.3. §. 4. vers. Divus tamen Marcus, de sépulcr.  
viol. l.8. pr. de relig. & sumt.

LXVI.

TERTIVS MODVS FORVM SORTIENDI, EST LOCVS REI  
CONTROVERSAE. Vbi enim res sita est, ibi reus conventus  
defendere se debet, modò de possessione aut proprietate  
Iesus agatur, id est, judicium reale instituatur, l.1. & 3. C. ubi  
in rem act. adèò ut etiam Clericus possessor ratione bono-  
rum coram judice seculari conveniri possit, cum non per-  
sona, sed res hic consideretur, Gail. 1. obs. 37. n. 4. Iudici-  
um verò Reale aliud est possessorium, aliud Pe-  
titoriū. Possessorium aut Summarium est &  
extra ordinarium, in quo sine strepitu judiciali de sim-  
plici & plano (ut loquuntur pragmatici) propter metum  
armorum quam brevissimè proceditur; aut plenarium  
& ordinarium. Vtrumque rursus vel est adipiscendæ  
vel retinendæ, vel recuperandæ possessionis, §. 2. Inst. de  
Interdit.

LXVII.

Summarium omne, quod etiam momentaneum  
dicitur, l. un. C. si de moment. poss fuer. ap. vix commodiori  
quam in quo res sita est loco peragi potest l.un. C. ubi de poss.  
In hoc enim possessorio non ita appetat, quis actor sit aut  
reus, sed uterq; reus esse quam actor mavult, dum se possi-  
dere dicit, aut possessionem apprehendere cogitat Andr.  
Clud. rer. quotid. c. 4. n. 31. & plerumq; in loco rei controver-  
se litigantes ad arma devenire solent: quod ne fiat, com-  
modissimè omnium illius loci judex prohibere potest, cer-  
tam possessionem momentaneam constituendo, ut posses-  
sorium ordinarium seu petitoriū eò citius & rectius in-  
stitui queat, Vult. ad l. un. C. ubi de hered. n. 20.

LXIX.

Ordinarium adipiscendæ possessionis aut  
est

est de re vacua, & à nemine possessa, aut de re, quæ ab alio possidetur: Prius, cùm possessor aut contradictor non sit, cuius in audendo judice ratio haberi possit, in nullo alio quam ipsius rei controversiali loco intentati potest. Ita heres possessionem hereditatis vacantis petens, interdictum quorum bonorum, eiq; annexum remediū l.fin. C.de edict. D. Adrian. tantum in loco hereditatis prōponit l.un. C. ubi de heredit.d. l.fin. Posterior quoque, cùm sc̄ res ab alio possidetur, commodiorem, quam ipsius rei sita locum vix reperit, cùm quia illius loci judex aetorem in bonorum possessionem sine remorā mittere potest, tum quia hic de nuda tantum possessione, non item de facto aut vi à possessore commissā actos queritur Vnlt.ad l.un. C. uti de poss.

#### LXIX.

Eadem ratione in possessorio Ordinario Retinendꝫ & Recuperandꝫ possessionis distinguendum videtur: an Interdicta seu Actiones de ipsa sint possessione, an verò defacto tantum & vi alterius circa possessionem commissa: prioris generis actiones cum sint reales, in loco rei sita l.un. C. uti de poss. posterioris verò generis, utpote personales, quibus factum adversarij principaliter accusatur, in loco domicilii intentari possunt l.7. de vi & vi arm. l.2. C. de interdict. Hodie pro Interdictis Mandata decernuntur, quæ petuntur vel in loco domicilii ipsius rei, si sint personalia & factum alterius concernant, ut sunt. Mandata de non turbando; vel in loco rei sita, si de possessione principaliter apant, ut Mandata Manuentia, Restitutoria, &c.

#### LXX.

Petitorium Iudicium est vel Universale, vel Particulare. Illud de jure hereditario: hoc vel de Domino, vel Serytute, vel Pignore agit.

Ex

Ex jure hereditario oritur hereditatis petitio, quæ ad-  
versus eum, qui pro herede vel pro possessore possidet, in  
loco domicilij heredis, aut hereditatis, modò ibi degat,  
id est, reperiatur possessor, instituitur l. un. C. ubi de heredit.  
Et si enim hæc actio sit realis l. 25. §. 18. de heredit. perit. & pro-  
inde in loco reis sita, sive possessor ibi reperiatur sive non,  
proponi posse videatur arg. l. ult. C. ubi in rem act. tamen  
cum non merè sit realis, sed mixta, adeoq; multas habeat  
præstaciones personales, quarum respectu personalis quo-  
dammodo dici possit, Imperatores in d. l. un. C. ubi de her-  
edit. eò respexisse videntur Vult. ibid. Facit. l. 29. §. fin. ff. de in-  
off. test. ubi querela inofficiosa, tanquam præparatoria pe-  
titionis heredit. & quæ cum ea successivè cumulari potest  
arg. l. 20. ff. de inoff. test. VVeserb. parat eod. n. 4. in loco domi-  
ciliij heredum scriprorum institui debere dicitur.

#### L XXI.

Moribus tamen hodiernis actio hæc non tantum in  
loco domicilij, sed etiam hereditatis sita, aut, si ea sit di-  
spersa, ubi major ejus pars est, institui potest VVeserb. parat.  
C. ubi de heredit, sive possessor ibi reperiatur sive non, idque  
ex regula generali, quæ est in d. l. fin. C. ubi in rem act. Vnlt. d.  
l. n. 28. Quod si pluribus in locis hereditas jaceat, & metu-  
atur, ut sententia in loco majoris partis hereditatis lata  
alibi executioni facile detur, commodius agitur, si ob  
causæ continentiam omnium judicum, in quorum territo-  
riis res hereditariae constitutæ sunt, proximè supremus a-  
deatur Bald. int. un. C. ubi de heredit. in fin.

#### L XXII.

Ex Dominio Rei vindicatio oritur, quæ in lo-  
co reis sita proponitur l. fin. C. ubi in rem act. nec interest, n. o-  
bilis an immobilia res sit quæ petitur l. 10. de R. V. l. quod le-  
gatur 38. ff. de india. suo an alterius nomine reus possideat  
l. 10. de R. V. item possideatur adhuc, an dolo possidere de-  
sierit l. 38. ff. eod. Hic enim fictione juris pro possessione  
dolus est à parte rei Bach. vol. 2. disp. 25. tb. 1. lit. H. & actio  
hoc casu non tam est directa, quam utilis, daturq; magis  
propter

propter odium Rei, ut pœnam det malitia, quam ex natura dominij. Vnde reus, qui dolo possidere desit, estimacionem rei solvens non liberat verum possessorem *l. 25. s. 5.*  
*dolo. 9. ff. de solut. sed petitor nihilominus rem à possessore*  
repetere potest *l. 69. de R. V.* Eadem ratio est Servitutis tam realis quam personalis, actionumque exinde descendantium, Confessoriæ & Negatoriæ.

#### LXXIII.

Ex Pignore quoque seu Hypothecâ actio realis oritur hypothecaria, dativa magis quam nativa, quæ Creditoribus ad pignus, Prætorio pacto constitutum, persequendum competit *s. item Serviana, 7. Inst. de act. poteratq;* olim adversus quemvis possessorem, & ita indistincte in loco rei sitæ institui, non habita ratione eius qui rem possideret, ipse debitor sit, an aliis *l. persecut. 24. C. de pignor. l. 3. C. ubi in rem act.* Sed postquam hoc mutavit Imp. Justinianus *Nov. 4. c. 2. ex eaq; defumta auth. hoc si debitor. C. de pignor. constituitq; ut adversus tertium possessorem actio hypothecaria prius non daretur, quam actio personalis adversus ipsum debitorem, eiusque, si intervenisset, fideiussorem mota fuerit; non nisi excusso debitore eiusq; fideiussore in loco rei sitæ proponi hodie potest arg. d. Nov. 4. c. 2. d. auth.*

#### LXXIV.

Fallit tamen hoc duobus casibus. 1. quando actio hypothecaria ante rem alienatam adverius debitorem est mota, & ita res facta litigiosa *Nov. 112. c. 1. vers. ab hoc autem. auth. litigiosa C. de litigios.* quod per solam citationem (in Camera præfertim) fieri dicitur *VVefeb. parat. de litig. inde* causa citationi inserta, eaq; reo ante alienationem tradita sit *Sichard. ad d. auth. litigiosa C. de litigios.* 2. quando Creditor possessionem rei, ex causa pipnoris ab ipso debitore ab initio sibi tradita, amisit: tum enim hypothecariâ adverius quemvis possessorem uti, eamq; in loco rei sitæ

E

fitæ

sitæ intentare non prohibetur, Neguz. de pignor. p.1. pr. n.7.  
Bachov. tr. de action. diff. 3. th.17.

LXXV.

Quod autem ex l.3. C. ubi in rem act. dictum est: actionem realem in loco rei sitæ institui debere, non ita est intelligendum, quasi is locus solus intelligatur, & alius omnis excludatur; sed ita, ut etiam in loco domicilii, quem cum omnibus modis forum sortiendi concurrere ex superioribus manifestum est, eadem proponi possit l.19. §. fin. ff. de iudic. & ita communis Dd. schola statuit teste Vult. ad tit. Cod. ubi in rem act. Solus ferè Donellus hic se opposite lib.17. comn.17. qui tūm demum actionem realem in loco domicilii ipsius Rei proponi posse putat, si reus consentiat, nec fori exceptione utatur, 1. quod in d.l. fin. C. ubi in rem act. actor jubeatur in loco rei sitæ actionem realem proponere, unde concludit, non esse in ipius arbitrio, an eandem alibi instituere velit, 2. ex l. quod legatur, 38. de iudic. vers. si autem, ibi: etiam ibi peti debet. ex quibus verbis firmissimum assertio[n]is sua fundamentum desumi posse putat, idq; maximè ex oppositione (qua[rum] ibi proponitur) actionis in personam & act. in rem. Sed praterquam quod ejus sententia ex d.l. fin. C. ubi in rem act. non incommodè refutetur; minimè quoq; id ipsum ex d. l.38. elicetur, utpote qua[rum] de veteri vindicationum rituloquitur, quando sc. actor rerum ex jure ad conserendam manum vocabat, qua[rum] vindicationes non nisi in re praesenti fieri poterant Gell. noct. Attic. 20. c. 9. Eandem necessitatē possessioni idem affingit, ut de ea quoque tūm demum in loco domicilii agi possit, si reus exceptione non uratur, idq; ex l.un. C. ubi de possess. ibi: convenit judicare, & ex l.un. C. ubi de heredit. Verum nec hi textus id satis evincunt, cūm nulla ex iis necessitas deduci possit, utpote, qui tantum de loco possessorij iudicij maximè proprio loquuntur, ita tamen ut communis locus non excludatur, Vult. ad l. un. ubi de possess. n. 44.

LXXVI.

Quartus & ultimus modus Forum sortienti di est

di est CAVSSARVM CONTINENTIA, quæ nihil aliud est  
quam caussarum cohærentia & individuitas, quæ duas  
plurēsve caussas divelli ac separari non patitur, sed coram  
uno eodemque judice eas terminari desiderat, l. nulli, 10. C.  
de indic. l. 1. & 2. ff. quib.reb. ad eund.iud.

LXXVII.

Et quia non tantū privatim, sed publicè etiam inter-  
est, lites finiri ac contrahi l.13. C.de indic. arg. l. 4. in fin. de alien.  
iud. mut. ideo prohibita est ab Imperatore Constantino  
caussarum cohærentium divisio d.l. 10. C. de indic. adeo, ut  
non admittatur, etiamsi reus uon oppōndo exceptionē  
continentiæ eandem maximè admittere velit; sed Index ex  
officio Actori, continentiam caussæ dividere volenti, au-  
dientiam deneget & à limine judicij eum propellat, p-  
naque arbitraria cum refusione expensarum insuper mul-  
et d. l. 10. Mindan. de process. extr. lib. 3. c. 2. n. 3. in fin. Sichard.  
ad d.l. 10. n.ultr. Moribustamen hodiernis Index ex officio  
divisionem caussarum continentium prohibere non so-  
let, sed eandem fieri permittit, nisi reus exceptionem con-  
tinentiæ ante litis contestationem pro more & natura ex-  
ceptionum dilatoriarum objiciat, c. inter monasterium, 20.  
X. de sent. & re indic. Gail. 1. obf. 32. n. 13. Myns. 1. ob. 97. in fin.

LXXIX.

Caussarum itaq; continentia facit, ut quæ coram du-  
obus aut pluribus judicibus essent peragenda, coram uno,  
eoque omnium illorum proximè supremo, proponi pos-  
sint, ob communem quam habent rationem, & quod una  
sine altera commodè expediri nequeat. Continentia ve-  
rò illa ex tribus potissimum causis oriri videtur: (qua-  
vis alii plures ali pauciores constituant, ut videre est a-  
pus Mindan. de process. lib. 3. c. 2. Menoch. de arbitr. iud. quest.  
cas. 371. Gail. 1. obf. 32.) 1. EX R E B V S quæ petuntur.  
2. EX P E R S O N I S aduersus quas agitur. 3. EX  
N A T U R A E T I N D O L E A C T I O N V M S E V I V D I C I-  
O R V M, quæ intentantur,

## LXXIX.

*Ex REBUS* Continentia oritur, quando res, quæ una actione peti possunt in diversis quidem territoriis sitæ, unius tamen judicis jurisdictioni subjacent. Hic enim ne causæ continentia dividatur non singulifingularum territorialium judices, sed eorum omnium proxime supremus adiri debet d. l. 10. C. de iudic. ibid. Dd. Ita si res hereditariæ aut communes partim Brunsvigæ partim Helmstädti jaceant, in judicio proximè superiori, Aulâ sc. Principis aut Cancellaria, vorm Hoffgericht oder Cangeley si verò partim Brunsvigæ, partim Magdeburgi sint sitæ, in aulâ Imperatoris aut Camera Imperiali hereditatis peritio aut communis dividendo judicium institui debet arg. l. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eund. indic.

## LXXX.

Atque hoc dubio caret, quando res, quæ pertinentur, merè sunt allodiales; si verò nonnullæ earum sint feudales, ut si quis omnia sua bona tam allodialia quam feudalia creditori oppignoret, quorum illa quidem in Episcopatu Bremensi, hanc verò in Comitatu sint Schaumburgico, indeque dependeant, an locus sit continentia causæ, ita ut actio hypothecaria in Camera Imp. proponi possit, an verò in singulis territorialiis eadem moveri debeat, queritur? Distinctione res expedienda videtur: aut enim (1) lis vertitur inter duos pluresve convasallos; aut (2) inter Dominum & Vasallum; aut (3) inter Vasallum & extraneum; aut (4) inter Dominum & extraneum. Prioribus duobus modis, cum nec alias, si de re feudaliter tantum controversia esset, ea ad judicem ordinarium, sed primo modo ad Dominum feudi, 2. Fend. 55. § præterea, altero ad pares curiæ, id est, reliquos Domini Vasallos pertineret d. t. & 1. Fend. 10. per continentiam causa ad ordinarium judicem devolvi nequit, ne Domino præjudicium ac damnum creetur. Posterioribus verò modis continentia causarum locum esse, recte statuitur. Cum enim his casibus si simplex quæstio de feudo incideret, ea coram judge ordinario ventilanda esset

esset, propterea, quod cessante hic dispositione juris feudalis jus civile scriptum sequamur arg. 2. Feud. i. §. strenuus. Rittersh. part. fidej. lib. 2. c. 8. q. 28. multo magis per connexionem causarum ad eundem pertinebit, Mindan. de process. lib. 3. c. 3. n. 9. 10. & seqq.

### LXXXI.

In omni autem causarum continentia requiritur, ut qui prætereuntur judices ei, qui aditur, aut ipsi subsint, aut vero eorum territoria & maximè locus rei controveſſe ad eundem pertineant. Nam si unus fortè eidem subjectus non sit, neq; ejus territorium aut locus rei litigiosæ a iudicem, qui aditur, spectet, quia negotium per viam mandati expediri nequit, continentia causæ non fundatur; velut si res, quæ petuntur partim HalbarstadI partim Brunsvigæ, partim VVulferbyti sint sitæ: hic enim ad iudicium Guelphicum controversia non pertinet, sed Camera Imperialis fundatur iurisdictio: aut si res partim sint in Norvvegia partim in Ducatu Megapolitano, aut partim in Holsatia partim Norvvegiæ; quibus casibus ne Camera quidem Imper. item per causarum continentiam ad se trahere potest, sed de singulis rebus suo loco erit agendum, cum non detur, cui uterq; Iudex subsit, aut ad quem utrumque territorium pertineat.

### LXXXII.

Vbi nihil referre putat Mindan. d. l. n. 6. & 7. an res vel causæ (si de singulis seorsim ageretur) ad iudicem illum, qui propter continentiam imploratur, per appellationem devolvi alias potuissent; an vero ab iis qui prætereuntur, propter privilegium, quod habent, appellari nequeat. Nam & hoc casu continentia causarum locum esse idem recte statuit, ita ut, si hereditas partim in Ducatu Brunsvicensi, partim in Electoratu Saxonico; aut partim in Electoratu Brandenburgico, partim vero in Elector. Saxon. jaceat, in Camera Imper. controversia moveri & processus impetrari queant; tum quia privilegia strictè sunt interpretanda, tum quia Principes illi omnes Imperatori subsunt.

LXXXIII.

EX PERSONIS CONTINENTIA oritur,  
quoties quæ conveniuntur diversorum territoriorum  
personæ, unius eiusdemque causæ reæ sunt. Hæ namque  
ut sunt consortes litis l.i. & z. C. de confort. eiusd. lit. ita u-  
nius quoque judicis jurisdictioni subiiciuntur. Sic plures  
tutores vel curatores ob unitatem causæ tutelæ scil. vel  
cura coram uno judice rete conveniuntur l.s. C. arbitr. tut.  
tur. ibid. Bart. & plures heredes ac socij unum adire judi-  
cem jubentur l. i. ff. quib. reb. ad eund. ind. Omnia autem  
reorum iudex proximè communis adiri debet, & ita in  
Camera observatum in causa Comitum de Hanaw contra  
pagorum Idenheim & Engelheim reisq; litis contestati-  
onem injunctam, non attentis exceptionibus dilatoriis,  
refert Mynsing. 1. Obs. 4.

LXXXIV.

Hac ratione (1) duorum Principum subditi ob cau-  
ſæ continentiam in Camera conveniri possunt. Eodem (2)  
observato, si correi, qui conveniuntur, partim sint medi-  
ati, partim immediati imperij cives; veluti si Princeps, e-  
jusque aut alterius Principis subditi ex una causa conve-  
niantur, Myns. d. 1. Obs. 4. Nec minus Camera Imper. fun-  
datur Iurisdictio, si omnes correi sint immediati & jus ha-  
beant Austregarum. Beneficium enim uno in loco ob cau-  
ſarum continentiam agendi non tantum in favorem Rei,  
sed Actoris quoque, imò ob publicam utilitatem, ut con-  
traherentur lites, introductum videtur. Neque tamen ad  
Austregas, (ut nonnulli volunt) hæc continentia devol-  
vetur, nt ut ad easdem, si contra singulos reos seorsim age-  
retur, cognitio causæ vel maximè pertineret, Mind. d. l. n.  
4. 6. 7. & 8.

LXXXV.

Sive igitur adversus mediatum & immediatum ex  
connexitate causæ agatur, sive omnes qui conveniuntur  
sint immediati, utroque casu cessat jus Austregarum; tum  
ne propter Austregarum beneficium connexitas causæ di-  
vidatur,

vidatur, tum quia eiusmodi Austregæ non facile dantur,  
coram quibus omnes simul conveniri possint. Atque hoc  
non tantum de iis causis intelligi debet, quæ ex sui natu-  
rà ab Austregis examinari non possunt, & quarum respectu  
jurisdictio Cameræ Imper. citra connexitatem per se fun-  
datur; cujusmodi sunt causæ Mandatorum sine Clavisula,  
fractæ pacis publicæ, & similes, quæ ordine recensentur à  
*Gail. 1. Obs. 1. & Mindan. 1. de proceſ. c. 20.* Verum de iis quoq;  
causis, quatum cognitio, si adversus unumquemq; seorsim  
ageretur, ad Austregas pertinet, modò eo casu, quando  
adversus mediatum simul & immediatum agitur, ad utrum-  
que causa æquè pertineat; & ita in Camera observatum  
refert *Mindan. d.l. 3. c. 4. n. 7.*

### LXXXVI.

**E X N A T V R A A C T I O N V M E T I V D I C I O-**  
**R V M** Continentia oritur (1) quando actiones ita sunt  
cognatae, ut una alterius sit præparatoria: sic possessorum  
judicium viam sternit petitorio *l. ordinary, 13. C. de R. V.* In-  
terrogationes, quæ in jure olim fiebant, petitioni actoris,  
ut scire is possit, qua actione sibi sit utendum *l. II. C. de petit.*  
*hered. VV. sub. parat. de interrog. in urefac.* Actio ad exhiben-  
dum Reivindicationi *l. 3. ff. de R. V.* Querela inoffic. test.  
petitioni hereditatis *l. 20. ff. de inoffic. test.* (2) Quando una  
actio alteram explicat, quod fieri intelligitur quoties ex  
eo negotio agitur, quod plures actiones producit, se invi-  
cem non consumentes, ut sunt, actio furti & conditio fur-  
tiva *l. 7. §. 1. de condit. furt.* Item (si servus locatus à conducto-  
re surcipiatur) actio locati & furti *l. si locatum, 42. ff locat.*  
His & similibus casibus ubi una actio mota est, ibi altera  
quoq; moveri debet, cum judici illi de causa constet, ac  
proinde facilius quam quivis alijs & alteram questionem  
examinare possit *Gæd. de ſequestr. poff. c. 1. n. 28.*

### LXXVII.

(3) Quando una actio alteri præjudicium infert,  
veluti si actione mota quæſtio incidat, quæ negotium prin-  
cipale aut impedit, aut exceptione rei judicata tollat:  
cujus-

et ususmodi sunt actiones, quæ ex jure personarum descendunt, vocanturque præjudiciales §. præjudiciales, 13. Inst. de act. quibus decisis facilis negotio & aliae inde dependentes decidi possunt; ita si natus alimenta petat aut sumptus studiorum, quem parens filium suum esse neget, aut filia dotem petat, quam pater filiam non agnoscat, aut si quis hereditatem jure agnationis petat, qui agnatus legitimus negetur, quæstiones exinde oriuntur præjudiciales, quibus queritur, an quis filius, filia vel agnatus sit, ijsque decisio de reliquis facilè constare potest l.5. pr. §. 1.8. & 12. ff. de agnosc. & alend. lib. 1. 9. ff. de rit. nupt. l. 1. C. de ord. indic. Hujusmodi ergo incidentes præjudiciales quæstiones coram eodem judge, cui negotium principale decidendum oblatum est, moveri debent, quamvis idem alias de causâ illâ, scorsim in judicium deducâ, cognoscere non possit d. l. i. C. de ordin. indic.

#### LXXXIX.

Atque hæc de Foro Competente ex Iure Communi. Sequitur jam porro de *FORO PRIVILEGIATO*, quod ex jure singulari & privilegio competit, daturque vel *RATIONE CAVSSARVM* de quibus agitur, vel ratione *PERSONARVM LITIGANTIVM*.

#### LXXXIX.

CAVSSÆ, quarum respectu Forum privilegiatum competit, vel sunt SPIRITVALES & ECCLESIASTÆ, vel SECVLARES & CIVILES. ILLÆ ad Iudicem pertinent Ecclesiasticum c.3. X. de Iudic. nec vel consentientibus litigibus ad Iudicem secularem trahi poslens c. 12. ex r. de for. comp. five principaliter in judicium deducantur, five in causam secularem, in judicium jam deductam, incidant. *Mysing.* 1. obs 100. Bart. in l. Titia 34. Solut. matr. n. 4. five civiles sint five criminales caus. II. q. 1. per tot. Rictorsh. de diff. iur. civ. & Can. lib. 5. c. 4. pr. Annnumerantur vero Spirituali-

tualibus, Causæ Matrimoniales, Decimarum, &  
quæ sunt de jure patronatū c. i. extr. de Sponsal. c. i.  
extr. de matrim. c. tria nobis, 26. de decim. c. quanto, 3. extr. de indic.  
De quibus tamen non semper in foro Ecclesiastico agitur,  
sed ad magistratum secularem earum cognitio interdum  
spectat; quod contingit, quando non tam de ipso jure ex.  
gr. patronatū aut decimarum, quam de ipsa possessione  
controversia est. Cum enim quæstio de possessione sit fa-  
cti, non juris, nihil in ea spirituale continetur Reink. dere-  
git. sec. & Ecol. lib. 3. d. 1. c. 10. n. 17. 18. & seqq. Et ita in causis  
decimarum, si de possessione earum controversia sit, cita-  
tionem & processus appellationis in Camerā decerni te-  
flatur Gail. 1. obs. 38. n. 1. 2. 3. 4. & 8.

XC.

Causæ quoq; Matrimoniales non simpliciter ad fo-  
rum Ecclesiasticum pertinent. Vel enim sunt de essentia  
ipsius matrimonii, ut sunt, quibus agitur de contrahendo  
vel dissolvendo matrimonio; vel essentiam ejus non con-  
cernunt, sed tantum occasio e matrimonii oriuntur, cu-  
jusmodi sunt quæstiones: an sententia in caussa ma-  
trimoniali transeat in rem judicatam; & an ab  
eâ appellare liceat, de quibus Gail. 1. obs. 112. item  
an ob nullitatē processus caussa matrimonio-  
alis ad Cameram trahi possit, & similes. Prioris ge-  
neris causæ ad Ecclesiasticum, posterioris verò ad secula-  
rem magistratum pertinent Reink. d. 1. Mind. de process. lib. 1.  
c. 10. Paurmeijt. de Idiot. lib. 2. c. 4. n. 50. & 151. c. post misérabi-  
lem 12. extr. de usur.

XCI.

Posteaquam verò Iurisdictio Ecclesiastica, quæ olim  
penes Pontificios erat, per religiosam transactionem anno  
1555. est suspensa, donec totum religionis negotium  
per amicabilem compositionem inter Imperatorem & sta-  
tus imperij aliquando decidatur, Recess. Imp. de anno 1555. §.

F

Damit

Dant auch obberfürste. Principes ac status imperii, Augustane confessioni addicti, cum non secularia tantum, sed Ecclesiastica quoq; jura habeant, in iisq; superiori neminem agnoscent, de causis spiritualibus ipsi hodie cognoscunt, nec ad Cameram per appellationem easdem devolvi permittunt. Peculiaria tamen à secularibus diversa judicia habere solent, in quibus causæ spirituales examinantur, quæ ex Theologis partim & iCtis constant, ac Consistoria appellantur; ut proinde hæ causæ Protestantibus hodiè mixti quodammodo sint fori, à necessitate judicij Ecclesiastici nonnihil semper. Imò nonnullæ earum, quæ annexæ portius sunt spiritualibus, quam ut re verâ Ecclesiastice dici queant, in judiciis merè secularibus hodie exercentur, ut de causis decimarum testatur. *Rittershus.*  
*N.v.p.9. c.3. n.17.* Id quod quo minus de causis quoq; matrimonialibus, ut & illæ ad judicem merè seculariem pertineant, affirmari possit, nihil nisi contraria consuetudo obstat videtur. Quod si quis præterea aliquid sacri in matrimonialibus causis querere velit, quasi subdit res conscientiam concernens, idem ille efficiet ut causæ usuarum, pactorum & similes, ad idem forum pertineant, cum hæ non minus quam illæ conscientiam afficiant, & tamen in foro politico examinentur, quotidiana experientia teste; unde etiam à causis matrimonialibus semper abhorruit Lutherus, prout ex verbis ejus colligere licet, quæ citantur à *Riemer.* *Decad. 2. q.3.*

## X C I I .

CAVSSÆ SECVLARES, quæ privilegium forum requirunt, sunt (1) FEVDALES. Feuda autem sunt vel Regalia vel Non Regalia. Regalia sunt, Feuda Ducatus, Comitatus & alia, quæ immediate ab Imperatore dependent, & annexam insuper dignitatem habent, *Rittershus. part. feud. lib. 1. c. 4. q.5.* Horum feudorum causas Imperatores sibi solis reservarunt examinandas, ut constat ex *Rec. Imp. de anno 1521. pr. §.* Ob auch Sachen vorfielen  
Sut-

Fürstenhumb/ Herkogehumb/ Graffschafften/etc. betreffend / so vom Reich zu lehen röhren/ so einem Theil gänglich vnd endlich abgesprochen werden sollen/ dero selben Erfandtnis wollen wir uns hierin auch vorbehalten haben/ doch sonst in andern Sachen / etc. & hoc totidem verbis repetitur Ord.Cam. part. 2. tit.7. ubi notanda sunt verba: vnd einem Theil gänglich vnd endlich abgesprochen werden sollen; quæ judicant, tum demum ejusmodi feudi cognitionem ad Imperatorem pertinere, quando de ejus proprietate agitur & ita judicium petitorum instituitur: unde, si de possessione ejus controversia sit, ad Cameram Imperialém referri debet arg. dd. tt. 2. Ord. Cam. 21. Gail. t. obf. 29. Reiuk. ac regim. sec. & Eccles. t. 1. d. 4. c. 19. num. 69. & seqq.

### XCIII.

Feudorum non Regalium cognitio ad Dominum spectat, si lis sit inter duos pluresque ejusdem Domini Vasallos, 2 Feud. ss. §. præterea. Si vero Dominus & Vasalus de feudo litigent, judices erunt pares Curiaz; id est reliqui ejusdem Domini convasallii 1. Feud. 10. & 22. §. fin. d. 2. Feud. ss. §. præterea. Cæterum si aut Domino cum extraneo, aut extraneo cum Vasallo de feudo controversia sit, cum hoc casu decisum jure Feudali non reperiatur quis judex esse debeat, Ritter. part. feud. lib. 2. c. 9. q. 27. & 28. meritò juris scripti civilis dispositionem sequimur, ut judex is sit, qui ad ipsius alijs potuisset, si causa feudalium nulla subesset ang. 2. Feud. 1. §. strenuus.

### XCIV.

(2) CAVSSÆ STATVS, quæ coram majoribus tantum Iudicibus moveri olim poterant, non item coram Arbitris & Iudicibus pedaneis 1 fin. C. ubi cauſſ. stat. 1. 32. S. 7. de recept. arbitri. Cognoscabant autem de iis in urbe quidem Consules 1. Divus. 27. pr. ff. de liber. cauſſ. ibid. Gothofr. & Prætores 1. 1. C. de offic. Prator. In Provinciis vero Proconsules t. t. de offic. Procur. non item Provinciarum Præfides, ut ex 1. 1. C. de ord. ind. apparet; quibus ramen id munus postea datum fuisse docent 1. 1. 3. & 5. C. de ordin. cognat. 1. pen. C. ne de

ne de cauſſ. defunſt. l. 2. C. de pedan. iudic. l. pen. C. ubi cauſſ stat.  
Vultei. ad l. 1. C. eod. n. 8. & ſeqq. & ad l. 5. eod. n. 2. & 3. Sufbolt.  
de Idiſt. th. 313. & ſeqq.

XCV.

(3) CAVSSAE FISCALES, de quibus olim Procurator Cæſaris cognoscebat, ſive fiscus actor eſſet ſive reus, modò civiliter ageretur non item criminaliter, l. ad fiscum s. C. ubi cauſſ. fisc. ibid. gloss. l. 1. & 2. C. ſi adverſ. fisc. reſtit. Vult. ad l. un. C. in quib. cauſſ. milit. n. 11. Hodie vero Cauſſæ Fiscales ad Cameram per Procuratorem fisci (vulgò Fiscalem) conſilio & autoritate duorum Aſſessorum Cameralium deſeruntur 2. Ord. Cam. tit. 20, ubi cauſſæ fisci ordine enarrantur.

XCVI.

Huc pertinent (4) cauſſæ privilegiorum, ab ipſo Imperatore concesſorum, quarum cognitio ad Cameram ſpectat, quoties ad poenam privilegio insertam agitur, Gail. 1. obſ. 1. n. 7. item cauſſæ fractæ pacis religioſæ, fractæ pacis publicæ, cauſſæ litigiosæ poffeſſionis, cauſſæ pignorationum, Arrestorum, & ſimiles, de quibus ordine Gail. 1. obſ. 1. per tot. & Min- dan. d. l. 1. de proceſſ. c. 20. quaꝝ ſiuterq. litigantium immedia- tè imperio ſit ſubjectus, non coram Auſtregis, ſed in Ca- mera Imperiali proponi debent Gail. d. l. Ord. Cam. p. 2. tit. & ſeqq.

XCVII.

Forum privilegiatum, quod RESPECTIV PERSONARVM LITIGANTIVM competit, vel Actori datur vel Reo. Actori quod datur eiusmodi eſt, ut eius beneficio reum coram judge non ſu- convenire poſſit, quod citra privilegium aliás non li- cēret: quo cauſū regula, ſupr. th. 8. ex l. 2. C. de Idiſt. omn. iud. proposita, quod actor forum rei ſequi debeat, exceptio- nem

nem patitur. Ita à Constantino Imperatore *in l. nn. C.*  
quand. *Imp. int. pupill.* Sancitum est, ut pupilli, viduæ, aliiq;  
fortunæ injuriâ miserabiles agentes, si velint, reum, infe-  
riori judice præterito, ad Imperatorem vocare possent,  
ita tamen; ut, si convenientur ipsi, inviti eodem trahi ne-  
queant *d.l. unic.* Id quod tamen hodie non amplius obti-  
net, utpote cum propter statum imperij mutatum Imper-  
ator neq; cauſas neque personas in Recess. *Imp. non ex-*  
*pressas*, inferiori judice præterito, ad se trahere amplius  
possit, *2. ord. Cam. 1. §. fin. & 2. Ordin. penult.* Vnde ejusmo-  
di personis in Camerâ, si judicem quandam prætereant,  
processus non decerni nisi in casu denegatae justitiae refert  
*Gail. 1. Obs. 1. n. 40.*

#### XCIIX.

Simile ferè privilegium studiosis in Academia Lei-  
densi Batavorum per expressam sanctionem datum esse, ut  
non tantum coram Rectore Universitatis ipsi conveniri,  
sed agentes etiam alium quemvis extraneum ad eundem  
trahere possint, testatur *Donell. 17. comm. 20.* Idem quoque  
Montispessulanorum privilegium ex *Rebuff. privil. schol.*  
*149.* recenset *Hiligerus ad Donell. d. l. lit. E.*

#### XCIX.

Forum privilegiatum quod respectu Rei  
competit, datur (1) Militibus, qui tam in civilibus,  
quam criminalibus cauſis coram magistro militari con-  
veniuntur *l. 6. C de Iuris omn. iud. l. 1. & 2. C. de offic. mag. mil-*  
*lit.* quam potestatem Praefectis Prætorio ante competiſſe  
docet *d.l. 1. de offic. mag. milit.* cuius potestas creato ma-  
gistro militari in civilibus primùm, & paullatim postea in  
criminalibus militum cauſis cognosceudis diminuta est  
*d.l. 2. de offic. mag. milit.* *Vult. ad l. 6. C de Idem. & ad l. 2. C. uti*  
*de ratiocn.* (2) Personis miserabilibus, ut pupillis,  
viduis &c. qui extra provinciam, in qua degunt, ad judi-  
cium alias non incompetenter inviti trahi nequeunt *l. nn.*  
*C. qu. Imper. int. pupill. vid. de quibus supr. th. 97.*

F 3

C (3) Cle-

## C

(3) Clericis, qui coram Episcopo conveniuntur, sive agatur civiliter sive criminaliter. *Auth. statuimus, C. de Episc. & cler.* Quod si verò actio realis adversus Clericum instituatur & res, qua peritur, non sit Ecclesiastica aut Spiritualis, in loco rei sitæ clericus defendere se tenetur nisi missionem in bonorum possessionem pati malit. *Gail. 1. Obs. 37. n. 4. Mynsing. 1. Obs. 22. vid. supr. th. 66.*

## C.I.

(4) Bonarum artium Professoribus ac studiosis, in Academiis viventibus, eorumq; uxoribus, liberis & toti familiae. Hos enim si quis convenire velit, coram eorum Magistro, id est, Rectore Academiae, aut ejus loci Episcopo, optione illis relicta, facere id ipsum tenetur. Id quod singulari clementia ab Imperatore Friderico constitutum extat in authent. *Habita. C. ne silua pro patr.*

## C.II.

Quamvis autem Horatius Lucius & Rebuffus in tract. de privilegiis scholar. aliique vel ultra centum privilegia ex d. authent. *Habita.* extrahere conentur, vereor tamen, ut omnia menti Imperatoris convenient. Sanè, quantum verba præ se ferunt, apparet, tria tantum in ea contineri. PRIMVM est, ut Professores ac studiosi, omnisq; eorum familia ad Academias tutò se recipere, ibiq; securè habitate possint, adeoque ab omnibus injuriis tam realibus quam verbalibus tuti sint: à quibus licet jure communis satis defendantur, peculiarem tamen in hoc protectionem suam ac curam demonstrare atq; exhibere Imperator voluit. *Disp. Gloß. Sichard. & alij add. auth.* qui ut peculiare quid ac diversum à iure communi constituisse Imperator videatur, ad immunitatem à vestigalibus id ipsum extendunt, properea quod Professores ac studiosi non tantum in Academiis, sed etiam in irinere immunes sint à vestigalibus.

ALTE-

C III.

**A L T E R V M** est, ne obalterius contractum aut delictum damnum iis inferatur: quibus verbis Pignorationes, Repressaliæ ac Arresta denotantur. Et si enim ob denegatam justitiam adversus subditos judicis illius, qui justitiam denegavit, pignorationes seu repressaliæ ac arresta decerni nonnunquam soleant c. un. de iniur. in sexto Gail. de pignorat. c. 2. idem tamen ne Professoribus ac studiosis eveniat, severè in d. auth. est prohibitum; adeò ut is, qui eo nomine ab iis aliquid exegerit, ejus quadruplum reddere cogatur, & judices, qui vindicare illam injuriam neglexerint, præter restitutionem quadruplicab officio cum infamia removeantur d. auth. in med.

C IV.

**T E R T I V M** & maximè hoc pertinens privilegium est, quod Professores ac studiosi non nisi coram Magistro, id est Rectore Academia, aut illius dicæcseos Episcopo, optione iis relictâ, conveniri possint. Per Episcopos autem hîc intelliguntur Cancellarij Academicí, quibus iurisdictio Academiarum in sua diœcesi sitarum & potestas honores summos in omnibus Facultatibus, Theologicâ, Juridicâ, Medicâ & Philosophicâ conferendi olim competebat. Hodie verò cum Principes & status Imperij potestatem iurisdicendi in tuis Academiis sibi vendicent, ademta ea est Episcopatam in civilibus quam criminalibus causis; ut proinde potestas ad Episcopum loci provocandi studiosis non amplius competat, præsertim cum ad Academias venientes Rectori juramentum præstent, quod citati coram illo comparere semper velint. Salvum tamen Episcopis diœcesanis etiamnum manet jus illud honores summos in omnibus Facultatibus conferendi, cujusmodi sunt Doctoratus, Licentiatus, Magisterij & Baccalaureatus, qui unicè ab iis hodie petuntur.

C V.

Sunt autem, ut dictum, Cancellarij Academicí plerumque

rumque Episcopi illius loci, in quo Academæ sunt sitæ,  
aut illi qui Academias proximè accolunt. Sic Colonensis  
Academia Cancellarium accepit Episcopum Cyrenensem;  
Heidelbergensis Præpositum VVormatiensem; Basiliensis  
loci eius Antistitem; Griphsvvaldensis Episcopum Cam-  
minensem; Rostochiensis Episcopum Sverinensem; Tubin-  
gensis Episcopum Constantiensem; Sichard. ad d. auth. ha-  
bita. n. 16. pr. Matth. Steph. de Idiæt. lib. 3. p. 2. c. 14. n. 26. & seqq.  
Henr. Meibom. in orat. de orig. Cancell. Acad. Dixi plerumque:  
nam solent interdum Principes ac status imperij jus Can-  
cellariatus sibi integrum referbare, ne ob religionis di-  
versitatem, quæ non raro inter Episcopos & Academias  
esse solet, incommodum iis creetur, quod in Academia  
Tubingensi aliquando contigisse refert Henr. Meibom. in d.  
orat. de orig. Cancell. Acad. Ita Divus Iulius fundatur hujus  
Academæ, jus Cancellariatus, sibi suisque successoribus,  
Maximiliano II. Imperatore clementer annuente, reser-  
vavit.

C VI.

Sed cum dictum sit, Rectoribus Academiarum ex d.  
auth. Habita, jurisdictionem in suo cives competere; queri  
hic ulterius potest, an hoc de civilibus causis tantum, an  
vero etiam de criminalibus sit intelligendum? Accursius  
& Bartolus, ad d. auth. eosq; secutus Scip. Gentilis lib. 3. de  
Idiæt. c. 17. non tantum jurisdictionem simplicem verum et  
iam criminalem (ut hodie appellari solet) seu merum im-  
perium Rectoribus Academiarum tribuant; moti impri-  
mis verb. in med. fere d. auth. ob delictum sive debi-  
tum alterius, it. in fin. d. auth. verb. si litem quis eis  
moverit: quibus verbis etiam criminales causas intel-  
ligi putant. Atterior videtur sententia negantium. Cri-  
minales enim causæ, quæ vocem meri imperij denotari so-  
lent, ad eos tantum pertinent, quibus specialiter sunt  
commissæ; quod cum in d. auth. factum non sit, minus recte  
eius beneficio ad academiarum Rectores pertinere di-  
cuntur arg. l. 1. d. offic. eius.

107. Mini-

CVII.

Minimè ergò ex d. auth. *Habitu Academiis* merum imperium competit; sed si quod habent ex speciali illud habent concessionē, prout de Academia Ingolstadiensi ac Parisiensi testatur *Scip. Gentil. de Idiōt. d. 13. cap. 17.* Et hoc adeo verum est, ut, etiam si hodie Academia introducatur, omnibusque donetur privilegiis, quibus gaudent Ingolstadiensis, Helmstedtiensis ac Parisiensis, merum tamen imperium propterea ei non competit, licet enumeratæ Academias id ipsi omnes habeant arg. d.l.t. ff. de offic. eius enī mand.

CIX.

(5) Denique Forum privilegiatum datur nonnullis personis ob dignitatis eminentiam quā possunt præ reliquis. In his primum locum obtinet Imperator Rom. qui convenitur vel ut Archidux Austriae seu Princeps ac status imperij, vel ut Imperator & caput Germanorum: priori modo coram Austregis forum cum sortiri putant *Buxtorf. ad Aur. Bull. concl. 77. tit. 6. & Vult. ad l. 1. C. ubi Senat. vel Clar.* posteriore modo in aula sua coram comite Palatino conveniri Imperatorem debere, docet *Aur. Bull. tit. 5.5. vnd wiewol.* quod tamen in civilibus tantum obtinere tradunt. *Vult. add. l. 1. C. ubi Senat. & Dominic. Arum, ad Aur. Bull. c.3. th. 45.* In criminalibus vero & quando ob male administratum imperium accusatur non ad Palatinum tantum, sed ad totum collegium Electorale negotium pertinere ijdem arbitrantur.

CIX.

Imperatorem proximè sequuntur Electores, Principes ac status Imperij, qui, licet immedialè imperio sint subjecti, non tamen in Camera Imperiali conveniri statim posunt, sed Iudices habent primæ instantiæ privilegiatos, qui Iudices ordinatiois, quasi ordinatione Camerali delegati, sive Austregæ appellantur, german. *Austrage;* die-

G

weil

weil die Reichsstände vor denselben ihre habende streitigkeiten aufzutragen. 2. Ord. Cam. 2. Cum enim expeditat plures habere instantias, ut, quæ in una minus deducta sunt aut probata, in alterâ melius deducantur aut probentur; ideo & Statibus imperij jus primæ instantiæ coram Austregis datum est, ne totam causam, quæ magni interdum solet esse momenti, uni judicio, Camera sc. Imperiali comittere coguntur.

C X.

Vbi statim quæstio oritur: An cum Austregis concurrat aula Cæsarea, tantumq; exclusa censatur Camera Imperialis; an verò privilegium hoc primæ instantiæ Iurisdictionem non tantum Camerae Imperialis sed ipsius quoq; aulæ Cæsareæ cessare faciat? Prius affirmat Tob. Paurmieß. lib. 2. de Iurisdict. c. 4. n. 132. & seqq. eò quod Imperator primæ instantiæ privilegia concedendo. Camerae Imp. jurisdictionem tantum coarctare, non verò eandem à se abdicare voluisse videatur. Sed quia jus Austregarum lege publica Statibus imperij datum est, ut plures haberent instantias, quibus jus suum deducere possent; & verò una tantum instantia iis competenter, si in aula Cæsarea conveniri statim possent, propterea quod Iurisdic̄tio aulæ Cæs. non sequè ut Camera imper. revisioni subjaceat. ord. p. 3. tit. 53. & 54. Paurmieß. 2. de Idi. c. 5. n. 57. Bender. de revis. concl. 20 n. 22. ideo veritati usq; convenire videtur posterius: alioquin eveniret ut pro arbitrio tantum & voluntate actoris privilegio hoc frui ijs liceret.

C XI.

Austregarum verò duo constituuntur genera. Aliæ enim vocantur Conventionales sive speciales; Legales aliæ sive communes, Ord. Cam.

**Cam. p. 2. tit. 2. pr. Conventionales seu Speciales dicuntur, quas Illustres ac Nobiles familiz peculiares sibi constituerunt, & vulgo Stam Aufträge / Gewilkürte / item Besondere Aufträge appellantur. De his d. 2. ord. 2. pr. ita constitutum exstat: Mit Rechtfertigung Churfürsten vnd Fürsten oder Fürstmessigen Geßlischer oder Weltlicher vmb Spruch vnd Forderung/ die einer zum andern hette oder gewünnes soles also gehalten werden: welche sonderliche gewilkürte Rechtliche Aufträge gegeneinander haben/ derer sollen sie sich laut derselben gegeneinander gebrauchen.**

**CXII.**

Legales sive Communes Austregae vocantur, que ex publica imperii lege & Ordinatione Camerali competunt, / de quibus d. Ord. tit. 2. §. welche aber dieselbe (gewilkürte seu speciales) Aufträge gegeneinander nicht hetten/ etc. nsg ad fin. item tit. 3. 4. & 5. agitur.

**CXIII.**

Non omnibus ergò jus Austregarum competit, sed iis tantum qui Imperatori immediate subsunt: quorum pro ratione subjecta materiae tres ordines constituuntur dd. tt. Ord. Primus ordo est Electorum, Principum, eorumque, qui Principali dignitate sunt illustres. Secundus Prælatorum, Comitum, Baronum ac Nobilium. Tertius est Civitatum Imperialium vero Kayserlichen freyen Reichsstädten.

**CXIV.**

Primi ordinis qui sunt, aut invicem agunt inter se, aut conveniuntur ab iis qui in secundo vel tertio sunt ordine, aut ab iis, qui imperio mediate subsunt, iisque vel suorum ipsorum vel aliorum Principum subditis. Elector sive Princeps, Principi vel Electori, quem vult convenire, petitionem seu actionem, scriptis comprehensam, exhibere, ab eoque petere deber, ut copiam sui conveniendi faciat. Quo facto, reus intra spatum quatuor septiminarum quatuor Electores vel Principes Ecclesiasticos partim,

tim. partimque seculares nominare debet, ex quibus A-  
ctor unum in judicem eligat, observatis insuper iis, quæ  
Ord. Cam. p. 2. t. 2. traduntur. Et hic electus judex dici-  
tur Commissarius sive delegatus ipsius Imperatoris  
d. t. 2.

CXV.

Quod si Elector vel Princeps à secundi vel tertii or-  
dinis personis conveniatur, hoc est, à Prælatis, Comiti-  
bus, Baronibus, Nobilibus aut Civitatibus liberis impe-  
rialibus, unum ex octo modis actor eligere potest, qui pre-  
ponuntur d. 2. ord. tit. 4. Idem observatur, si conveniantur  
ab iis, qui mediætè Imperatori subjiciuntur, idque pro-  
pter generalitatem text, in §. fin. d. t. 4. 2. Ord. vnd sollen sol-  
che Aufträge der Prælaten / Grafen / Herren / Ritterschafft vnd  
Städte in allermaßen/ wie die obgesetz / auch mit den Bürgern /  
Wäibern vnd andern Unterthanen/ gegen den Fürsten vnd Fürst-  
messigen stadt haben/ Mindan. lib. r. de process. c. 17. num. 9. Gail.  
1. obs. 1. num. 9.

CXVI.

In secundo ordine sunt Prælati, Comites, Barones  
ac Nobiles, qui, si à primi ordinis personis, id est Elec-  
toribus aut Principibus conveniuntur, procedendum erit  
secundum tit. 3. d. Ord. 2. Si vero inter se agant & conveni-  
antur, observandus est duplex procedendi modus in tit. 5.  
d. ord. 2. propositus. Et his duobus tantum casibus Præ-  
lati, Comitibus, Baronibus ac Nobilibus jus Austregar-  
rum in Recess. imper. concessum reperitur. Vnde si à ci-  
vitatibus liberis aut municipalibus iidem conveniantur,  
cum eadē re in Rec. Imp. nihil sit constitutum, primam  
instantiam non coram Austregis sed in Camera Imperiali  
habent; & ita Comiti de Hohenlohe/ cum à civitate impe-  
riali Wiesheim in Camera conveniretur, exceptionem  
fori privilegiati opponenti beneficium Austregarum de-  
negatum esse testatur Mindan. d. l. 1. c. 18. n. 4. Eadem quo-  
que ratione Vult. ad! 1. C. ubi Senat. vel Clar. n. 44. Statibus  
impe-

Imperii jus Austregarum competere negat quando ab extraneo, id est, eo conveniuntur qui imperio plane subiectus non est.

CXVII.

Intertio ordine sunt civitates liberae Imperiales, quae, licet immediate imperio subsint, tamen, quia *dd. II. Ordin.* de iis nihil est sancitum, jus Austregarum non habent, nisi ex speciali privilegio aut longissimi temporis præscriptione id ipsum acquisiverint, prout de civitate Argentinensi, quæ Austregas habet Basel, Worms vnde Blm; Northingensi, cuius Austregæ sunt Rosenburg an der Tauber, Schwabischen Hall vnde Schwabischen Werth; Memmingensi, VVormatiensi & aliis testantur *Gail. I. Obs. I. n. 20. Limn. I. g. c. 5. n. 16. & Reink. d. tr. I. 2. cl. 2. c. 16. n. 12.* qui præterea observandum monet, ne posterioris generis Austregæ, quæ ex speciali privilegio aut longissimi temporis præscriptione, competunt, cum Austregis primi generis, quæ dantur ex publica imperij lege, aut ordinatione imperij, confundantur: has enim aulam etiam Cæsaream excludedere, illas vero cum eadem concurrere, & ita in aulâ Cæsarea anno 1629. in causa dero samyischen Pistorischen vnde Oitteraischen Erben contra Wormbs pronunciatur *d. l.*, refert.

CIX.

Sed quod *d. 2. Ord. 2. 5.* darvys sol der beschriebene / etc. dicitur; Austregas esse Commissarios sive Delegatos Imperatoris, eiusq; autoritate iudicandi munus obire: exinde dubium oritur; an mortuo Imperatore post nominatum Iudicem, re tamen adhuc integrâ, officium judicis sit extinctum. Et cum Austregæ judices sunt delegati juxta *d. Ord. I. 2. Gail. I. Obs. I. n. 52.* videtur eorum officium morte delegantis esse sublatum per *I. 6. ff. d. iurisdict.* Verum quia Austregæ lege publica totius imperij, adeoque ab omnibus imperij statibus dentur, regula illa: mortuo delegante cessare officium delegati: locum hinc habere nequit; sed quemadmodum Syndicus non desinit esse Syndicus,

quò minus caussam universitatis agere possit, etiamsi vel maxima pars universitatis, à qua est constitutus, deceperit l. 7. §. fin. ff. quod cuiusq; univ. ita quoq; judex à statibus imperij datus non definit esse iudex, etiamsi unus & alter status non amplius superfit.

CIX.

Quænam porro caussæ Austregarum cognitioni subjacent, non ita videtur expeditum. Sanè de civilibus eas cognoscere posse dubium non est; idq; satis innuit text. 2. Ord. 4. pr. ibi: Warumb oder was Ursachen daß were. Excipiuntur tamen Feudales, quæ quallem judicem requirant, dictum est, supr. th. 92. & 93. Eo verò casu, quando neq; Dominus feudi neq; pares curiæ potestatem cognoscendi habent, negotium ad Austregas pertinet, modò is, qui convenitur Austregarum jure gaudet.

CXX.

An verò caussæ Criminales ad easdem pertinent, valde est controversum. Mindanus lib. 1. de proces. extr. c. 9. n. 1. & 2 (quem sequitur Limna. de tur. publ. l. 9. c. 5. n. 163. & seqq.) putat Austregas de criminibus etiam vigore ordinatiois imperij cognoscere posse, i. quod caussæ criminales nullibi reperiantur à regula exceptæ. 2. quod d. 2. Ord. 2. appellatio ab Austregis ad Cameram de iis tantum caussis concedatur, de quibus alias appellationem ordinatio imperij permittit, ibi: Doch sol keiner Partey die appellatio vor daß Kaiserliche Cammergericht benommen seyn nach lauf des Artilus von den Appellationen, welche angenommen werden sollen oder nicht/ ic. quibus verbis caussas criminales intelligi putat. Vulteius contrà ad l. 1. C. ubi Senatorès, velclar. & Horius part. 1. q. 9. n. 51. ad solum Imperatorem harum caussarum cognitionem pertinere arbitrantur. Verum cum nullibi Austregis criminalium caussarum cognitione expresse concessa, neq; Cameræ Imperiali ademta legatur d. Ord. 2. claus dicendum videtur, neque Austregis, neq;

neque soli Imperatori harum causarum cognitionem  
competere; sed Imperatorem concurrentem jurisdictionem  
cum Camerâ habere arg. 2. Ord. 18. & l. 1. de off. eius.

### C XXI.

Nec minus est controversum, quem judicem habet  
ant causas matrimoniales, si de iis inter status imperii, qui  
Augustana confessioni sunt addicti, quicquid Austregarum  
gaudent beneficio, disceptetur; adeo ut Vult. ad d. l. 1.C.  
ubi Senator. in fin. Imperatoria decisione hoc indigere ar-  
bitretur. Sed quod minus ad Austregas earum cognitione  
pertineat, nec ipsius matrimonij natura, nec ipsa imperij  
dispositio publica, quæ 2. Ord. lit. 2. & seqq. continetur, re-  
sistit. Frid. Mind. de proc. l. 1. c. 10. n. 20. Vult. d. l. Linn. de iur.  
publ. l. 4. c. 8. n. 90. & seqq. Ad Cameram vero eas non perti-  
nere docet Memorial de anno 1570. Denais. de iur. Cam. no-  
viss. §. 187.

### C XXII.

Præterea finiri debet judicium Austregarum spatio  
septimestri à die inchoati judicij, aut, si justa prorogatio-  
nis subsit causa, ad summum intra annum & diem 2. Ord.  
4. S. dieselbenen Rähte & tit. 5. 2. Ord. §. 1. in fin. ibi: vor dem-  
selben nach jünger obberührter Ordnung/ wie ChurfürstenFürsten  
beklaget werden sollen/ gehandelt werden; quibus verbis dispo-  
sitionem, quæ d. t. 4. continetur, indigitari manifestum  
est. Latam vero sententiam Camera Imp. exequitur, 2 Ord.  
2. S. vnd sol das Urtheil. Gail. 1. Obs. 1. p. 25. nisi fuerit ad  
Cameram appellatum d. 2. Ord. 2.

### C XXIII.

Cessat denique privilegium hoc Austregarum, si ei  
aut expressè fuerit renunciarum, ut, si reus promiserit, se  
non usurum fori privilegio arg. l. pen. C. de pæst. aut tacite,  
veluti

veluti si reus intra statutum tempus personas non nominet, ex quibus judicem auctor eligere possit, aut praescriptæ de Auctregis ordinationi non satisfaciat, quo casu privilegio hoc tacite renunciasse censetur, neceus consumaciam coram Anstregis accusare auctor opus habet, sed recte ad Cameram trahere reum potest d. 2. Ord. 2. §. fin. Cessat quoque privilegium in causa fractæ pacis relig. pacis item publicæ, & similibus casibus, qui enumerantur à Gail. i. O. 1. & Muid. lib. 1. c. 20. Et tantum etiam, pro ratione instituti, de foro privilegiato.

SOLI DEO GLORIA.



1514. V. X.






(X2618033)

Wm



# Farbkarte #13



Publ. xian. 3.  
NAVGVRALIS

COM-

E, TAM

QVAM  
IATO.

CLEMENTER

TE,  
AVTORITATE,  
CONSULTORVM  
LLVSTRI

IDIO

lussimi Viri,

LOTICHII

essoris Ordinarii,

Decani, Dn. Præ.

toris sui

i,

QUE IVRE PRIVI-  
VS DOCTORALI-  
VENDIS.

im proponit

Hannoveranus.

IV LEO

ovembr.

meridianis.

ADI,

LERI, Acad. Typ.

cc XL.

1640, 10

19

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE